


Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



= R. Cat. 4° 6 f

259021 d. Kremsmünster 1.1

= R Cat 33.



CATALOGUS

CODICUM MANUSCRIPTORUM

IN BIBLIOTHECA

MONASTERII CREMIFANENSIS

ORD. S. BENED.

ASSERVATORUM

IN MEMORIAM ANNI A FUNDATO MONASTERIO MC. JUBILAEI

EDIDIT

P. HUGO SCHMID,

PROFESSUS CREMIFANENSIS ET BIBLIOTHECARII ADIUTOR.

TOM. I. FASC. I.

R. cat. 4° 6.

LENTII.

PROSTAT IN LIBRARIA EBENHOECHIANA (HENR. KORB).

MDCCCLXXVII.

259. g. Cremifanen.
(259021 d. Kremsmünster

CATALOGUS

CODICUM MANUSCRIPTORUM

IN BIBLIOTHECA

MONASTERII CREMIFANENSIS

ORD. S. BENED.

ASSERVATORUM

IN MEMORIAM ANNI A FUNDATO MONASTERIO MC. JUBILAEI

EDIDIT

P. HUGO SCHMID,

PROFESSUS CREMIFANENSIS ET BIBLIOTHECARII ADIUTOR.



TOMUS I.

LENTII.

PROSTAT IN LIBRARIA EBENHOECHIANA (HENR. KORB).

MDCCCLXXVII.

259. g. ~~Cremifanensis~~.
Kremsmünster.

LECTORI BENIVOLO S.

Primum catalogi codicum manuscriptorum Cremifanensium fasciculum iam nunc edere statui, ut ad annum a fundato monasterio MC. Jubilaeum rite celebrandum pro viribus aliquid conferam. Neque vero ignoro, paullum me habere, quod offeram; nam, quamquam amplius octingenti codices describendi erunt, hoc fasciculo aliquot tantum codices absolventur. Sed quum iam multa ad hoc opus (duobus fere tomis) conficiendum a me comparata sint, firma spe teneor, fore ut sequentibus annis ad optatos exitus perveniam. Indices et generales et speciales una cum praefatione codicum nostrorum historiam spectante nec non elenchus librorum, quos in conscribendo catalogo adhibui, aliave, quae ad rerum cognitionem legentibus usui sunt, ad calcem operis adicientur.

Secundus fasciculus anno MDCCCLXXVIII. ineunte emittetur. Vale!

CREMIFANI SUPERIORIS AUSTRIAE
Calendis Juliis MDCCCLXXVII.

P. HUGO SCHMID.

CATALOGUS CODICUM CREMIFANENSIUM.

1. Codex chartaceus (f. 1—84, 126—393) et membranaceus (f. 85—125, 394—440) Saec. XV. XIV. et XIII. Folior. 440. 4.^{0} (f. 85^{a}—125^{a}, 390^{a}—393^{a} saec. XIV; f. 394^{a}—440^{b} saec. XIII; fol. residua saec. XV.) minimam partem binis columnis a diversis scriptus.

Pars codicis (puto f. 126—393) fuit Johannis Seld et antea cuiusdam capellani; nam f. 126^{a} marg. super. atramento fere evanido legitur: 'Iste liber est domini . . (nomini ipsi alia manu et atramento nigro inscriptum est: 'Johannis Seld') Cappellani Altaris undecim Milium virginum ad beatam virginem' . ? . Ex manibus Johannis Seld ad monasterium Cremifanense transiit, id quod testatur inscriptio f. 127^{a} marg. sup.: 'Dominus Johannes Seld dedit me ecclesie kremsmunstr. frater noster 1441.' Fol. 394^{a} marg. sup. manu saec. XIV. ut videtur, scriptum: 'Liber Sancti Agapiti in Chremsmunst.'

(De Johanne Seld vide quae ad calcem codicis dixi.)

Fol. 1^{a} manu saec. XV. exeunt. catalogus codicis scriptus est; fol. 1^{b}—12^{b} scriptura vacant.

1, f. 13^{a} — f. 16^{a} (manu parum diligenti saec. XV.) *'Sermo De Novo Anno et de hoc nomine Jesu.'*

Incip.: 'Vocatum est nomen eius iesus . . . Luc. Nemo potest bene et veraciter nominare rem nisi cognoscat eius proprietatem' etc. Desin.: 'multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Et sic est finis.'

2, f. 16^{b} — f. 19^{a} (eadem manu) *'Alia materia pro Novo anno de lapidibus preciosis et applicetur secundum convenientiam thematis proponendi.'*

Incip.: 'Religiosis do carbunculum Est autem carbunculus unus de 12 lapidibus preciosis omnium lapidum preciosissimus' etc. Singulis hominum statibus singuli lapides duodecimo neglecto assignantur et sermo inde mutilus desinit in verba: 'quia excecavit eos malicia eorum.'

3, f. 19^{b}—f. 21^{a} (eadem manu) *'Sermo de Apostolis.'*

Incip.: 'Non vos me elegistis . . . Ita canit sancta mater ecclesia Circa veteres erat questio cui debeatur honor etc Desin. (f. 21^{a} lin. 11 sq.): 'Ecce quomodo vocat et elegit gloriosos Apostolos hic dic legendam.' Videtur a fine mutilus esse. Fol. 21^{a} pars inferior vacat.

4, f. 21^{b}—f. 22^{a} (manu percurrenti, ut legi fere nequeat) *Sermo,* ni fallor, *de honore sacerdotio praestando.*

Titulus aut prima linea resecta videtur; incipit autem sic: 'Videmus dignius et utilius plus honorari quare VIII ethic. dicitur' etc In marg. imo f. 21^{b} linea una aut plures resectae sunt.

5, f. 22^{a} (eadem manu) *Notae duae de animabus defunctorum, sine titulis.*

Initium primae, quae quidem in fine mutila est: 'Primo sepultura nam vivi conspicientes sepulturam (?) mortuorum retinent memoriam' etc; secundae: 'Anime diversis locis puniti (?) inveniuntur' etc Fol. 22^{b} scriptura vacat.

6, f. 23^{a}—f. 43^{a} (manu alia) *'Collecta pro confessione simplicium ruralium et aliorum ex quibus confessor* . . (aliquot verba erasa) *informari potest qualiter se habere debeat ad confitentem.'*

Tractatus, qui perspicua capitum distinctione caret, incip: 'Primo confessor non ostendat se seriosum aut rigidum ad confitentem sed pium mansuetum et voluntarium' etc Caput inscriptum 'De confessione Nota quinque condiciones intellecte per quinque literas huius dictionis Judea' desin. (f. 42^{a} lin. 5 sq.): 'Sic ergo patent quinque condiciones sive circumstancie confessionis. Deo gracias'. Huc pertinet, ut duobus signis indicatur, inscriptio, quam habes f. 42^{a} marg. inf.:

'Suprascriptus tractatus simplicioribus confessoribus et maxime ruralibus plebeis preexistentibus admodum utilis esse dinoscitur Qui et *lima viciorum* nuncupari non inconvenienter potest Nam quemadmodum per illam ferri sic per hanc rubigo et immundicies detergitur peccatorum Et est per quendam sacre pagine doctorem *paulum wann* hic in simul (sic) more odoriferorum florum in unum fasciculum pulcerrimum acervatus.'

In ipsa pagina secuntur notae ad confessionem pertinentes, et quidem: 'Confessio sit Integra Voluntaria' etc, tum 'Nota

Sanctissimus In christo pater et dominus noster paulus Secundus reservat sibi casus subscriptos' etc, (f. 42b) 'Nota aliquas penitencias Canonis proponendas peccatoribus' etc, denique (f. 43a) brevis instructio, quomodo iis utendum, quae desin.: 'peccatorum debita contricione et firmo proposito amplius deum nunquam offendendi.' Deinde habes ascriptum cifris rubris annum '1476' et subscriptionem:

'Hec Cursorie sunt scripta pro Sacerdotibus audientibus confessiones simplicium et quandoque mayorum Qui licet talia legere possint tamen forte minus curant quam simplices.'

Inscriptiones capitum litteris paullo maioribus scriptae sunt et ad marginem passim summaria brevia litteris rubris.

Idem tractatus extat in codd. Palat. Vindob. 3724 nr. 4 tit. 'Confessionale' (diverso tamen fine) et 4264 nr. 3, cujus finis cum nostro f. 42a paucis mutatis concordat (cf. Tabb. codd. manuscriptorum Bibl. Pal. Vind. Vol. III, p. 65, 222) ac anepigraphus in cod. Cremifanensi 65 nr. 9, in quo quidem inscriptio cod. 1 f. 42a deest, ceteroquin uterque in textu et divisione ita consonat, ut unus ab altero descriptus videatur.

Ex cod. Vindob. 4264 anno 1467 scripto liquet, annum nostrum 1476 non esse compositionis sed scriptionis.

Paulus Wann de Chemnaten vel Kemnat, Professor in universit. Vindob., Theologiae doctor, ab a. 1477 Canonicus et paullo post officialis ecclesiae Pataviensis (Passau) ac concionator egregius. De eo eiusque operibus vide: Aschbach, Gesch. d. Wiener Univers. (Bd. I.) p. 570 sqq., quo auctore obiit post a. 1500, auctore Erhardo (Gesch. d. St. Passau, Bd. II, p. 66) a. 1489. Cf. quoque Denis, Codd. Theol. Bibl. Pal. Vol. II, col. 98 sq. ad Cod. LXVII (nunc cod. 4717) et Joh. Launojum in Append. Dissert. de Auctore Libror. de Imit. Christi, inter eius opera Tom. IV, P. II. (Coloniae Allobr. 1732) p. 49 sq. Aschbach non nisi unum opus ad theologiam pastoralem pertinens tit. 'Panarium pastorale' memorat, quod a nostro diversum videtur.

Fol. 43b—44b, 46 et 48 scriptione vacant; fol. 45 exsectum est. Fol. 47a habes quoddam ornamentum rudi calamo delineatum ac f. 47b lineamenta litterae R et ornamentum marginale venuste exaratum, cuius complementum f. 60a exhibetur.

7, f. 49a—f. 59b (manu alia) *Sermones quinque de symbolo.* Sermo II. in marg. (f. 51b) inscriptus est 'De fide', ceteri sunt anepigraphi.

Primus incip.: 'Fides tua te salvum fecit Luce 18° Sequitur hodie predicare de ultimo articulo fidei pertinente ad humanitatem filii dei videlicet de iudicio ultimo' etc. (Lin. 8):

'Primo ergo videamus de adventu antichristi hodie 2° in sequenti sermone videbimus de mundi conflagracione' etc In serm. III. fine (f. 55ᵇ) haec legis: 'dic totum (?) sicut habetur in prima dominica adventus sermone 2° qui incipit benedictus qui venit.' Ultimus (f. 58ᵇ) incip.: 'Fides tua . . Supra in proximo sermone visum est de quinto articulo fidei pertinente ad divinitatem scilicet (?) de glorificacione naturarum modo ergo sequitur videre de VI° articulo divinitatis videl. de glorificacione corporum' etc, sed abrumpitur in fine f. 59ᵇ his verbis: 'sapiens illi noluisset intelligi et ideo (?) nihil recens esse' . . . . Cetera desunt. Sermones isti, qui sexternum occupant, ad clericos habiti esse videntur et procul dubio pars sunt majoris operis.

De fol. 60ᵃ vide quae supra dixi; f. 60ᵇ scriptura vacat.

8, f. 61ᵃ—f. 81ᵃ (manu alia) 'Incipit *forma confitendi edita per Magistrum Nicolaum de Dinkelspuchel Sacre Theologie professorem eximium confessuris perutilis*'. (rubr.)

Initium: 'Secundum Magistrum et doctores in quarto distinccione 16. Tres sunt partes vere penitencie' etc Dividitur in capp. VII, quibus rubricae praecedunt, et desin.: 'An pro parentibus suis aut aliis benefactoribus vivis et defunctis preces fundere neglexerit.'

'Deo gracias. Amen.'

(F. 81ᵃ pars inferior vacat) Idem opusculum habetur eodem titulo in codd. Cremifan. 9 nr. 7 et 22 nr. 6 nec non anepigraphum in cod. 345 nr. 3, plerumque vero 'Confessionale' seu 'Tract. de tribus partibus poenitentiae' inscribitur. Cf. codd. Florianens. 170 nr. 4 et 309 nr. 3 (Czerny, Hdschr. p. 84, 126); Kropff, Biblioth. Mellicensis p. 171; Tabb. codd. Pal. Vind. Vol. III, p. 534 in indice. Sub aliis quoque titulis occurrit, exempli gratia: in cod. Pal. Vind. 4384 nr. 8 (Denis, Codd. Theol. Vol. I, Cod. CCCCL, col. 1775) tit. 'Tract. summarius valens ad confessionem facilius faciendam'; ibid. cod. 4639 nr. 3 (Denis l. l. Vol. II, Cod. CXCV, col. 296) 'tract. de confessione et discussione Consciencie'; ibid. cod. 13756 nr. 3 (Tabb. codd. Vol. VII, p. 259) 'Tractatulus de modo confitendi'; in cod. Florian. 72 nr. 4 (Czerny, p. 30) 'Informatio verae confessionis.'

Impressum extat in edit. aliquot Nicolai opusculorum a Jac. Wimpfelingio procurata, Argentinae apud Joh. Schottum a. 1516 in Fol., ubi est tract. septimus tit. 'Confessionale' et fol. 146ᵃ—150ᵇ legitur. Codd. nostri omnes in textu, si lectiones variantes minoris momenti excipias, consonant, divisio, praeterquam quod caput in edit. inscriptum 'De Superbia' non sejungitur, eadem est.

Nicolaus de Dinkelspühel, ab oppido Sueviae natali cognominatus, natus circa a. 1360, Professor celeberrimus in universit. Vindob. ibique 1405—1406 Rector, Canonicus ad S. Steph., Theologiae doctor et praeclarus concionator, Alberti V. Austriae Ducis legatus Concilio Constant. interfuit et variis pro universit. et eodem Alberto legationibus functus obiit a. 1433. De eius vita vide: Aschbach, Gesch. d. Wien. Univ. (Bd. I.) p. 430 sqq.; Kropff, Bibl. Mellic. p. 164 sqq.; de scriptis praeter memoratos: Fabricium, Bibl. med. lat. Edit. Mansi Tom. II, p. 29 sub voce 'Dinckelspuhl'; Oudinum, Comment. de scriptt. eccles. Tom. III, col. 2302; Trithemium, De scriptt. eccl. (edit. Coloniae 1531 in 4°) f. 131^{b}; Gesnerum, Biblioth. universal. f. 519^{b}; Ossingerum, Biblioth. Augustiniana in append. p. 987; Zeibig, Die Biblioth. d. Stift. Klosterneuburg (Archiv f. Kunde österr. Geschichts-Quellen Bd. V, p. 311 sqq.), qui Trithemio, Gesnero et Ossingero exceptis omnes 'Confessionalis' mentionem iniciunt. Ab hocce vero differt ejusdem auctoris 'Tract. de penitencia et eius partibus', incip.: 'Ecce nunc tempus acceptabile' etc., quem habes in cod. Cremifan. 9 nr. 5.

9, f. 81^{b}—f. 82^{a} (manu alia, ut videtur) *Notae duae de necessitate et de conditionibus confessionis, sine titulis.*

Prima incip.: 'Confessionem autem esse necessariam pet. in IIII sic declarat' etc Secunda incip.: 'De condicionibus quas debet habere confessio Nota secundum tho(mam)' etc, sed mutila iam in prima conditione ('quod sit festina') desin. in media pagina (f. 82^{a}): 'quam eciam sequitur pe(trus) de palude ricar(dus) duran(dus) Joh. neapol. in quodlibeto' . . . Reliqua f. 82^{a} pars et f. 82^{b}—84^{b} integra scriptura carent.

10, f. 85^{a}—f. 110^{b} col. 2 (manu ab initio sat sed sensim circa medium minus diligenti saec. XIV; f. 109^{a}—110^{b} binis columnis) *'Metrum Fratris Godolfi De vita Sancti Bernhardi.'* (rubr.)

Constat ex versibus hexametris 1891 (vers. 600 in marg. dext. f. 93^{b} manu saec. XIV. exeunt. suppletus est) et, si vers. 11 priores praefationem dicas, dividitur in capp. 51, quorum inscriptiones festinanti calamo exaratae leguntur paucis exceptis in marg. sup. aut inf., sed in textu capp. 12, 30—33 et 41 exceptis pro iisdem spatia vacua sunt relicta.

Incip.: 'O Tu tytani croceam qui cedere mane
Precipis auroram. piceo cum splendidus orbe' etc.
vers. 12: 'Oppida clara mihi vario burgundia ductu
Claraque robustis surgencia menia. muris' etc.
Desin.: 'Clausus ypogeo latuit set spiritus olim
Alta petens omne cum christo vivit in evum.'

Subscriptio: 'Scriptori munus dabitur bos au[t] equus unus
Explicit expliceat ludere scriptor eat.'

In marg. imo litteris minoribus habes haec: [a] 'fratre Gutolfo edita anno domini M° CC° LXXXX primo Indictione IIII.[a]'

In marginibus notae majorem partem a prima manu scriptae, quae usque ad f. 96[b] haud raro totum marginem implent, et passim breves notae interlineares leguntur; quinque foliorum ultimorum pars inferior humore quodam vitiata est, quare aliquot verba legi fere nequeunt.

Ex hoc cod. auctor eiusque opus laudatur a Fabricio, Bibl. med. lat. Tom. III, p. 80 his verbis: 'Gottulfus, sive Gutolfus circa A. 1270. carmine hexametro scripsit vitam S. Bernardi Clarav., MS. in Monasterio Cremifan. Ord. Bened. in Austria. Incip.: O Tu Titani . . auroram.' (anni notam ex codice emenda.) Hoc opus praeter alia eiusdem auctoris, qui fuit ad S. Crucem (Heiligenkreuz) Ord. Cisterc. in Austria infer. monachus, memorat Chrysost. Hanthaler, Fasti Campilil. Tom. II, P. I, p. 147 sq. (ad a. 1314), quo teste Norimberg. part. II. a. 1745 et 1746 in 4° editum est; Potthast vero in Biblioth. Histor. med. aevi p. 630 et accuratius in supplem. p. 131 dedit hunc editionis titulum: 'Bernardus Gutolfi Monachi. Seu vita sanctiss. P. N. Bernardi prim. Clarav. abb. . . per Gutolfum ord. Cisterc. ad S. Cruc. in Austr. monach. XIII. saec. metrice conscripta: nunc publ. iuris facta atque illustrata a Theoph. Heimb. Norimb. 1749 P. 1. 2. 4°,' quae tamen ad manum non est.

In cod. Pal. Vind. 1737 nr. 5 extat Gutolfi tract. de ordine iudiciario et ibid. cod. 2421 eiusdem regulae grammaticae. (confr. Tabb. codd. Vol. I, p. 282, Vol. II, p. 70); de aliis eius operum codicibus manuscriptis ex biblioth. ad S. Crucem, Campilil. et Mellic. vide Hanthaler l. l.

11, f. 111[a]—f. 123[b] col. 1 (manu alia saec. XIV; binis columnis) *Tractatus duo de fortitudine et de iustitia.*

Prior, qui col. rubro inscribitur 'Incipit tractatus de fortitudine' habet initium hoc: 'Dicto de prudentia et temperantia dicendum est de fortitudine de qua hoc modo dicetur' etc Continet partes X, quarum 'V. pars' dividitur in capp. III. et 'VI. pars' in capp. VI (capp. I. II. V. numerantur) Desin. (f. 120[a] col. 2 lin. 37 sq.): 'quam fidem hosti datam fallere. ut narrat tullius in fide de officiis.' Ead. col. lin. 39 sequitur alter, cujus titulus 'Incipit tractatus de iusticia' legitur in marg. imo, hoc initio: '[D]icto de prudentia et temperantia et fortitudine dicendum est de iustitia. de qua hoc modo dicetur' etc Continet partes VII, quarum VI. pars in capp.

III. et VII. pars in capp. IV dividitur. Caput ultimum, quod codici inest, incip.: '[S]equitur de preparatione orationis' etc, sed praeciditur (f. 123^{b} col. 1 lin. 43 sq.) his verbis: 'frange esurienti panem tuum. etc. tunc invocabis et dominus exaudiet'. . . Cetera desunt. (f. 123^{b} col. 2 vacat.)

Ab initio usque ad f. 113^{a} leguntur inscriptiones rubrae in textu et simul nigrae in margine, postea desunt rubrae (nec non litterae initiales) et passim etiam nigrae. F. 118^{b} marg. infer. habes notam manu saec. XIV.—XV. scriptam.

Tractatus isti petiti sunt ex summa virtutum a Guil. Peraldo compilata, (incip.: 'Praesens opus habet quinque partes principales' etc et post indicem: 'Cum circa utilia studere debeamus' etc et cap. I: 'Si separaveris pretiosum a vili' etc) ibique sub iisdem tit. tractatum IV. et V. tertiae partis principalis de quattuor virtutibus cardinalibus efficiunt. De Guillelmo Peraldo (Peralto, Paraldo, de Petra alta, a Peira vel Peyra, de Peyrauta, Perault) ex Ord. Praedicat., mort. ante a. 1260 ejusque operibus vide: Quetif et Echard, Scriptores Ord. Praed. Tom. I, p. 131 sqq., qui archiepiscopis vel suffraganeis Lugdunensibus praeter rem eum a nonnullis accenseri argumentis confirmant; Oudinum Tom. III, col. 458 sqq.; Fabricium, Bibl. med. lat. Tom. III, p. 161. In codd. msc. antiquioribus non nisi appellatur 'Frater Guilielmus (Wilhelmus) de Ordine Praed.', exempli gratia in cod. Florian. 136 saec. XIV. (Czerny, Hdschr. p. 64), vel 'Fr. Guilielmus de Lugduno' vel 'Prior Lugdunensis' (haud dubie idem, qui 'Lugdunensis'); in editionibus vero 'Episcopus.' (cf. St. Galler Hdschr.-Catal. p. 266 not. ad cod. 791.)

Ad eundem auctorem quoque pertinet summa vitiorum, (incip.: 'Tractatus iste continet novem partes' etc. et post indicem general.: 'Dicturi de singulis vitiis' etc), quae cum summa virtutum velut unum opus efficiens saepe typis pro diit. De editionibus praeter paullo supra memoratos vide: Hain, Repertor. bibliograph. Vol. II, P. II, p. 26 sqq. nr. 12383—12392; Maittaire, Annal. Typograph. et Denis, Annal. Maittaire Supplem. In edit. 'Antverpiae Apud Martinum Nutium 1587' in 8°, quae mihi adjacet, habes tract. de fortit., qui in cod. integer extat, Tom. I. inde a fol. 131^{b} et tract. de justit. a f. 152^{b} et ultima cod. verba f. 161^{a} col. 1 lin. 22, cum in edit. tractatus usque ad f. 199^{b} pertineat. Textus non nisi lectiones variantes minoris momenti exhibet, sed nonnullae codicis illis editionis praeferendae sunt; divisio partium eadem est, capitum vero passim discrepat. Fol. 111^{a} marg. sup. manu saec. XIV. legitur: 'Assit principio sancta Maria meo.'

12, f. 124ª—f. 125ª col. 2 (manu alia saec. XIV.; binis columnis) *Sermones tres anepigraphi de beata Virgine Maria.*

Primus incip.: '[A]udi filia et vide . . . Davit repletus spiritu sancto invitat beatam virginem ad quatuor' etc In fine mutilus est; deest enim particula quarta sive ultima, pro qua tamen (f. 124ᵇ col. 1) spatium vacuum relictum est. Secundus inc.: '[Q]uam pulchri sunt gressus tui . . . In laudem et preconium matris dei per salomonem spiritus sanctus commendat eam a duobus' etc. Ultimus inc.: '[B]eatus venter qui te portavit Luc. XI. Boetius. beatitudo est status omnium bonorum aggregacione perfectus' etc, sed a fine mutilus est, desinens (f. 125ª col. 2 lin. 12) in haec verba: 'Summa enim beatitudo animarum nostrarum in celo in tribus consistit. videlicet' . . . Reliqua f. 125ª col. 2 pars et f. 125ᵇ integrum scriptione vacant.

Nr. 11 et 12 nitidissime scripti sunt in membrana tenuissima. Inter f. 125 et 126 folium unum exsectum videtur.

13, f. 126ᵃᵇ (manu currenti saec. XV.) *Sermo anepigr. de purificatione virginis Mariae.*

Incip.: 'Festum luminum dicitur propter virginem beatam quia ipse fidelis cogitare posset' etc Desin.: 'per passionem christi omnia facinora sunt deleta Apoc. 1.' Mutilus in fine videtur; aliquot verba Germanica immixta sunt.

14, f. 127ª—f. 204ᵇ (manu eadem, ut videtur) Opus anepigraphum. In catalogo f. 1ª habes titulum: *'Auctoritates doctorum divise in septem partes.'*

Est auctoritatum ex Patribus ad totam fere theologiam pertinentium collectio, quam instructionis causa confectam puto. Laudantur auctores ecclesiastici: Augustinus, Hieronymus, Cassiodorus, Beda, Gregorius, Maximus, Origenes, Ambrosius, Haymo, Isidorus, alii.

Praemissus est partium sive librorum argumentum, cuius initium est: 'Prima pars continet. de patre et filio de angelis de Adam / de fide antiquorum / de prophetis / de Apostolis / Secunda pars continet. de intellectu scripturarum de diapsalmate (leg. 'diaplasmate') de obelo et Asterisco de divitibus / Tercia de sacrificiis paganorum et nostris' etc et finis: 'Septima de restauracione angelorum et hominum de dyabolo de Antichristo de ultimo iudicio de resurreccione. de Jehenna ante iudicium et post' Opus incip.: 'Prima pars / pater iste familias homo dicitur similitudine. non veritate / nullus existimet christum ideo habuisse humanam animam quia dictus est homo. Nam et deus pater dictus est homo' etc Continet auctorit. 122, quae in hac et in sequentibus part. in margine numerantur. F. 135ᵇ 'secundus liber' (auct. 163); f. 149ª

'tercius liber' (auct. 95); f. 160^{b} 'quarta pars' (auct. 132); f. 171^{b} sine tit.: '[Q]uinta pars' etc (auct. 186); f. 190^{b} sine tit. 'Sexta pars' etc (auct. 93) et f. 198^{a} sine tit. inc.: 'Septima pars Bed. C. XLVIII. M. Quanta hec tribulacio gravior ceteris tanto est temporis brevitate moderacior' etc Continet auct. 71 et desin.: 'nam et si qua illic sic alii habent ut haberi ab aliis nequaquam possint cuncta tamen per caritatem singulorum sunt. et sic est finis Anno d.(omini) 1422. in die sanctorum martirum Gervasii et Protasii / in Stain hora 4.' Margini sup. saepius librorum numeri ascripti sunt.

15, f. 204^{b}—f. 210^{a} (eadem manu) *Quaestiones tres methodo scholastica resolutae, sine titulis.*

Prima incip.: 'Queritur utrum ysaias quando dixit regi Ezechie morte morieris et non vives / fuerit prophetice locutus et videtur quod non' etc Secunda (f. 206^{b}): 'Utrum christus integer resurrexerit' etc Tertia (f. 208^{b}): 'Plorabitis et flebitis vos. queritur utrum apostoli in illa tristicia meruerint vel demeruerint' etc mutila in f. 210^{a} fine insistit his verbis: 'ysa. 54 vulneratus est propter iniquitates nostras // 3^{a} causa est ex proximorum' . . . Praeter libros biblicos laudantur: Cassiodorus, Ambrosius, Dionysius, Isidorus.

Fol. 210^{b} scriptura vacat.

16, f. 211^{a}—f. 215^{a} (manu saec. XV. exeunt., sed alia, quam praecedentia) 'Sequuntur quuntur (sic) *quedam mutaciones eciam addiciones ordinacionis prioris in causa Cruciate contra dampnatos hereticos hussitas de consensu et certa sciencia Reverendissimi patris domini Laurencii Episcopi ferrarien(sis) ac sancte Sedis apostolice legati ex causis pro informacione Rectorum Ecclesiarum parrochialium facte.*'

Initium: 'Item Ordinacio prior de habendis processionibus imprima (leg. 'in prima') sexta feria mensis servetur in forma nisi aura mala aut discrimina viarum seu alia causa racionabilis impediret' etc Desin. (f. 214^{a} lin. 4): 'Si quis vero ultra contrarium fecerit talis non tenebitur pro absoluto' Adjecta sunt: (f. 214^{a}) 'Advisamenta pro cruce signatis'; (f. 214^{b}) 'De modo Absolvendi', 'Forma absolucionis pro illo qui crucem assumpsit' et (f. 215^{a}) 'Forma absolucionis pro tribuentibus.'

Laurentius Rovarella Episcopus Ferrariensis iam 23. Mai 1467 in Germaniam a Paulo Papa II. missus, ut Germanos adversus Turcos concitaret, diaetae Nürembergensi (Jul.—Aug.) 1467 interfuit; idem ab eodem 21. April. 1468 legatus a latere eo missus est, ut bullas contra Georgium Podiebrad regem Bohemiae eiusque asseclas 20. April. eiusdem anni

datas exequendas curaret. Cf. Palacky, Gesch. v. Böhmen Bd. IV, Abth. 2, p. 468 sqq., p. 519 sqq.; Raynaldum, Annal. Eccl. ad a. 1467, Edit. Mansi Tom. X, (Lucae 1753) nr. XV. p. 447 et ad a. 1468, ibid. nr. I. sqq., p. 450 sqq. Quae in eadem re 9. Jul. 1468 decrevit, extant in cod. Pal. Vind. 3484 nr. 18 tit. 'Laurentius episc. Ferrar. . . . Litterae de praedicatione crucis contra Georg. Podiebrad una cum bulla indulgentiarum et altera de poenis, quas in currunt fautores haereticorum' et mutila ibid. cod. 4975 nr. 99 (cf. Tabb. codd. Vol. II, p. 309, Vol. III, p. 462 et Palacky l. l. p. 590 sq. in nota); ad haec decreta vel similia mutationes nostrae, quae ad dioecesin Pataviensem spectant, referendae sunt.

Ejusdem Laurentii litterae datae 'Nurenberge . . a . . 1467 . . die 25. augusti' . ., quibus pacem ad quinquennium per Germaniam duraturam indixit, habentur in cod. Cremif. 342 nr. 3. De excommunicatione Georgii Podiebrad 23. Dec. 1466 a Paulo Papa II. facta vide cod. Cremif. 4 nr. 14—16.

F. 215[a] pars inferior nec non f. 215[b]—216[b] scriptura carent.

17, f. 217[a] (eadem manu, ut videtur, qua nr. 13) *Notata aliquot theologica, sine titulis.*

Primum inc.: 'Unus modus est quod procedat de preceptis' etc; ultimum: 'Humilitas ad multa valet' etc Nonnulla vocabula Germanica immixta sunt; in marg. sup. quaedam habes tentamina calami. Fol. 217[b] vacat.

18, f. 218[a]—f. 221[a] (manu alia) *Ruperti de Welcz vicarii generalis et cancellarii Curiae Pataviensis instrumentum, quo litterae Fernandi Lucensis Episcopi, apostolicae sedis nuntii, aliorum una cum bulla Martini Papae V. contra Hussitas promulgantur pro dioecesi Pataviensi, sine titulo.* (Copia.)

Initium: 'Rupertus de Welcz Canonicus et in spiritualibus Viccarius generalis Ecclesie ac Cancellarius Curie pat. . . Abbatibus prepositis . . . Nec non Ecclesiarum parrochialium Rectoribus . . . Ceterisque presbiteris . . per dyoc. pat. . Salutem in domino et infra scripta pro conservacione Sancte christiane fidei firmiter adimplere / literas Reveren. in christo patrum . . ffernandi . . lucen. Episcopi Apostolice sedis nunctii. ludovici patriarche Aquilegien.' etc (lin. 14): 'noveritis recepisse ac per Stephanum notarium nostrum infrascriptum transsummi et in publicam formam redegi fecimus per omnia in hec verba Reverendis in christo patribus . . Patriarchis Episcopis . . . . Nec non ceteris christiane religionis professoribus . . ad quos presentes litere pervenerint ffernandus . . lucen. Episcopus . . . ludovicus Patriarcha Aquilegien.' etc (lin. 24) 'Noveritis quod nos per . . . Sigis-

mundum Romanorum . . . Regem fuimus . . requisiti . ut literas apostolicas infrascripti tenoris . . deberemus transsummi facere et insinuare Eas igitur literas . . . transsumi fecimus . . quarum tenor sequitur et est talis (f. 218b) Martinus Episcopus servus servvorum dei' etc (lin. 6): 'Omnium plasmatoris domini qui se pro dominici salvacione gregis' etc Haec bulla desin. (f. 220a lin. 22 sq.): 'Datum florencie Kal. Marcii. pontificatus nostri anno tercio' et litterae Fernandi lin. 3 post: 'Datum et actum in montibus Chutten. pragen. dioc. . . Sub Anno A nativitate domini Millesimo quadringentesimo vigesimo In diccione tercia decima die vero veneris. decima sexta mensis Augusti . . Pontificatus . . . Martini . . pape quinti predicti Anno tercio . . . Sigismundo Roman. . . Rege predicto feliciter regnante. Presentibus ibidem Illustribus principibus dominis (f. 220b) Wilhelmo Bavarie Johanne de Sagan' etc, denique totum instrumentum desin. (f. 221a lin. 13 sqq.): 'Datum et actum in Chr(emsa?) in Curia nostra de Canali Anno domini M° CCCC° vigesimo die decima octava mensis Septembris Indiccione tercia decima. Hora terciarum vel q.(uasi) Pontificatus . . . Martini . . papa (sic) quinti Anno tercio. Presentibus ibidem . . . domino Nicolao Commissario nostri decanatus in Chr. domino Wernhardo Wyels. Plebano in Vttaw Allexio scolastico. domino floriano . de Welcz Capellano ibidem Nicolao iudice . dotis Ecclesie parrochialis in Chr. et Stephano Hubmer de Patavia. Presbiteris et laicis Salczburgen. Pat. dyocesum Testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.'

Sequitur notarii testimonium: 'Et ego Stephanus Treperger Clericus pat. dioc. publicus Imperiali auctoritate Notarius ac supradicti domini mei Ruperti scriba' etc.

De Martino Papa V. (1417—1431) confr. cod. Cremif. 10 nr. 4; de bulla cruciata contra Hussitas Palacky, Gesch. v. Böhm. Bd. III, Abth. 2, p. 90 sq. Habes eam editam apud Cochlaeum, Histor. Hussit. lib. V, p. 183—186, quae a codice paullum differt. De publicatione per Fernandum (Ferdinandum) Episc. Luc. et apost. sed. legat. 16. Aug. 1420 in montibus Kuttensibus (Kuttenberg) praesente Imperatore Sigismundo facta vide Palacky l. l. p. 148 not. 118, in qua habes enumeratos, qui nobiliores aderant; nostram vero pro dioec. Patav. promulgationem, quam in urbe Chremsa Austriae infer. factam puto, et Rupertum de Welcz nullibi memorant Hansizius, Germania sacr. Tom. I,; Erhard, Gesch. d. St. Passau; Kinzl, Chronik d. Städte Krems, Stein. Rupertus haud dubie oriundus fuit ex familia de Weltz sive Weltzer, iam saec. XV. in Austria super. florenti, sed Hohenebk

(Stände d. Erzh. Oesterr. o. d. Enns) inter plures ex hac familia nihil habet de nostro. Litterae Ruperti de Weelcz vicar. gen. et cancell. Curiae Pat. de synodo provinciali Patav. datae 'Patavie die XXIIII mensis Novembr. a. 1419' extant in cod. Pal. Vind. 13756 nr. 11 (Tabb. codd. Vol. VII, p. 260).

19, f. 221^{b}—f. 222^{a} (manu eadem, ut videtur, qua nr. 14) *Sermo anepigr. super illud: 'Quis prior dedit ei et retribuetur ei Ro. 13.'*

Incip.: 'Quis prior . . Prius aliquod dicitur retribucio posterioris / ergo nobis iam primo convenit dare' etc Mutilus a fine est, desinens in haec verba (f. 222^{a} lin. 4 sq.): 'A peccatis et morte eum liberaret ut dicitur Ecclesiasticus quartum est' . . . Reliqua f. 222^{a} pars vacat.

20, f. 222^{b}—f. 240^{b} (eadem manu, qua nr. 14) *Sermones tres quadragesimales.*

Primus rubr. col. inscriptus 'sermo bonus' incip.: 'Beati qui audiunt verbum dei . . Luc. XI Mat. VII / Marc. 4. Augustinus volens fideles instruere qnaliter. tempore quadragesimali debeant se tenere' etc Dividitur in partes IV. Secundus anepigr. inc. (f. 231^{b}): 'Est puer unus hic qui habet quinque panes Joh. 6 Quia secundum philosophum primo . Ethicorum sermones exquirendi sunt secundum datam miseriam / et quia nunc sumus in medio quadragesime' etc Dividitur in partes VI. Fol. 238^{b} legitur: 'Nota secundum Aug. Tropoloice per navym potest intelligi quelibet fidelis anima' etc Circa finem f. 238^{b} sequitur sermo III. item anepigr. hoc initio: 'Cum intrasset iesus carphanaum accessit ad eum centurio In quibus verbis tria implicantur primum est dei ad animam dignacio graciosa' etc, sed mutilus desin. (f. 240^{b} lin. 6 sq.) his verbis: 'quoniam tu es tota spes et fiducia mea' . . Prima sermonis pars integra videtur, secunda et tertia desunt.

21, f. 240^{b}—f. 276^{a} (eadem manu) *Excerpta quaestionesque theologicae, sine titulis.*

Sunt excerpta (praesertim notae) numero 30 et inter haec quaestiones numero 50, plerumque morales, methodo scholastica breviter resolutae, quae majorem collectionis partem occupant.

Initium: 'Nota quadruplex est lex scil. naturalis / Mosaicalis / Civilis / et ewangelica' etc Quaestio I. rubr. col. inscripta 'Dubium' est haec (f. 241^{b}): 'Sed fit ne legislatoribus peccatum / eo quod permittunt peccata fieri' etc et quaestio ultima (f. 273^{a}): 'Utrum quilibet homo naturaliter propagatus contrahat aliquod peccatum secundum communem legem' etc

F. 254ª—255ᵇ insertus est sermo rubr. col. inscriptus 'ewangelium in vigilia assumpcionis beate virginis' hoc initio: 'Extollens vocem quedam mulier Luc. XI Ubi apparet magna fiducia illius mulieris in duobus' etc tota collectio finitur sermone anepigr., qui (f. 275ª) incip.: 'Dispondi (leg. 'Despondi') enim vos uni viro . . I Cor. 12 Aug. li. primo de virg. Ego licet laudacionem non acceperim virginitatis' etc, sed abrumpitur in fine f. 276ª his verbis: 'omnes pene relicto deo ad transitoria se convertunt Ideo benignus dominus contempni' . . . Finis deest. Laudantur auctores: Augustinus, Chrysostomus, Isidorus, Gregorius, Hieronymus, Beda, Ambrosius, Anselmus, Bernhardus, Dionysius, Origenes, Thomas (Aquinas), Raymundus (de Pennafort), Aristoteles, Seneca, Boethius, alii.

F. 243ᵇ in marg. infer. legitur 'Prothema in festo assumpcionis vel vigilia' (virg. Mariae), inc.: 'Excellencia presentis solempnitatis nobis hodie proponitur in Collecta' etc et f. 246ª, 254ᵇ, 257ª, 261ᵇ, 262ª in marg. notae. Passim verba Germanica intermixta sunt. F. 276ᵇ vacat.

22, f. 277ª—f. 290ª (eadem manu) *Sermones tres: in purificatione virginis Mariae, 'Dominica secunda penth.'* (rubr.), *'in dedicacione ecclesie'.* (rubr.)

Primus anepigr. incip.: 'Postquam impleti sunt dies purgacionis marie Luc. secundo Solet dici vulgariter consonus esto lupis cum quibus esse cupis' etc Secund. inc. (f. 285ª): 'Homo quidam fecit cenam magnam luc. 14 Homo quidam propter singularitatem ipsius' etc Tert. (f. 287ª): 'Domus mea domus oracionis vocabitur / Hoc verbum potest pertractari in triplici sensu' etc Desin.: 'subiecit in secula seculorum laudabunt te.'

23, f. 290ᵇ—f. 292ᵇ (eadem manu) *'notabile utile ad I librum sentenciarum.'*

Agitur de variis Dei nominibus. Init.: 'Quia distinccio nominum et noticia eorum in proposito multum est necessaria Ideo est primo advertendum quod secundum Jacobum de alta villa / Nominum significancium Deum quedam sunt essencialia' etc Finis: 'nisi ista trinitas esset / ut unus dominus deus esses (?).'

24, f. 293ª—f. 301ª (eadem fortasse manu, qua nr. 8) *Tractatus de poenitentia, sine titulo.*

Praefatio incip.: 'In principio narracionis nostre illius graciam et adiutorium imploro qui est principium omnis gracie' etc Auctor nescio quis praefationis finem facit his verbis: 'Hec plura ad sananda peccatricis anime vulnera prout plenius (f. 294ª) et perfeccius possim auxiliante spiritus sancti gracia edocebo.' Tract. ipse incip.: 'Cum igitur prelatus aliquis

ordinis nostri iudicium habens et regimen animarum' etc Continet capp. 14, sed ultimi non nisi haec verba super sunt: 'De accidia et eius ramis que potest afferre tedium' Cetera desunt; sequitur spatium vacuum aliquot linearum.

Idem tract. et ipse anonymus extat in cod. Florian. 279 nr. 4 (Czerny, Hdschr. p. 116) et in cod. Sangallensi 927 p. 364 sqq. (St. Galler Hdschr.-Catal. p. 349), in quibus vero inscribitur: 'liber erudiens qualiter homo per penitenciam . . . . expurgari debeat hic liber intitulatur medele (in Sangall. 'medela') anime vulnerate'; in priore cod. foll. 18, in altero pagg. 42 in 4° implet. Codici nostro ergo dimidia fere pars inesse videtur.

25, f. 301^{b}—f. 316^{a} (eadem manu, qua nr. 14) *Sermones octo et themata duo in evangelia dominicalia, sine titulis.*

Sermo I. de dom. I. post oct. Pent. incip.: 'Homo quidam erat dives Luc. 16 Nota Queritur utrum circa ornatum exteriorem sit virtus vel vicium' etc Secuntur de dom. II.—IV. sermones singuli, tum thema de dom. V., serm. tres de dom. VI. et unus de dom. VIII., denique thema de dom. XII. post oct. Pent. hoc initio: 'Apprehendens eum de turba seorsum Cris. instruens nos ut opera nostra a vana gloria custodiamus' etc.

26, f. 316$^{a b}$ (eadem manu) *Notata aliquot theologica.*

'Notabile' primum incip.: 'Quid oportet nos facere inquam ut cum eo exaltari mereamur' etc et ultimum: 'Nota quod aliqui recipientes magna dona dei' etc.

Nr. 14, 15, 20—23, 25, 26 nomina auctorum linea plerumque rubra aut nigra distincta exhibent.

27, f. 317^{a}—f. 341^{b} (manu alia saec. XV. incip.) *Johannis de Deo liber poenitentiae.*

Inscriptio: 'Ad honorem romane ecclesie et eius venerabilis patris sive presulis Innocencii quarti Incipit liber penitencie immortalis a magistro Johanne de deo editus et veteri et novo testamento et iure canonum fideliter aprobatus (?) in quo subcumbit falsitas et veritas illuces [cit].'

Prologus incip.: 'Uenerabili patri ac domino a divina providencia universalis pon. (sic; fortasse legendum 'urbis bononiensis') episcopo et veneralibus (sic) viris ibidem constitutis et universo capitulo eiusdem Magister. Jo de Deo doctor decretorum canonicus eorum et servus ipsorum . . salutem' etc (Lin. 6): 'Ego Jo de Deo servus sanctitatis mee post multos libellos et commentarios' etc (lin. 10): 'instancia precum multorum fratrum diversarum religionum et consorciorum bon. civitatis et dyoc. compulsus scil. de regulis penitencialibus librum componere ex audem (sic) divine legis

et commentis et corporis decretalium et praecipue decretorum' etc (lin. 22): 'Sane liber per VII libellos est distinctus ad instar spiritus septiformis et per LXXII^{os} titulos ad instar septuaginta duorum discipulorum' etc Posterior prologi pars argumenta librorum et capp., sed libb. III. et V. non nisi obiter, enumerat; initia libb. VI. et VII. non apparent. Liber I. inscriptus 'De confessione infirmorum et eorum penitencia' incip.: 'Illud tene quod subtiliter et astute debes ab infirmis inquirere' etc Continet capp. 16. F. 322^{b} 'Incipit secundus liber de locis' etc (cap. 1) F. 325^{a} 'explicit liber II. ubi et in quibus locis fit (lege 'sit') penitencia a canone diffinita et quid iuris cum non invenitur a canone diffinita. Tercius liber de origine peccati' (titt. VI; capp. 9) F. 328^{b} 'Incipit liber quartus' (articuli V; capp. 10) F. 333^{b} 'explicit liber IIII' et liber V. inscriptus est: 'Confessio decani vel archidiaconi vel archipresbiteri vel presbiteri vel alicuius persone cathedralis (capp. 7) F. 335^{b} 'Incipit VI. liber de penitencia laicorum.' Ad istum librum, qui est codicis, saltem quoad inscriptionem, ultimus, pertinere videntur capp. 8, quorum ultimum (f. 337^{b}) inscribitur: 'De penitencia puerorum infra quatuordecimum annum et cui debent confiteri.' Postea secuntur capp. 7, quorum tituli leguntur hi: 'Qualiter purgari debent peccata Rubrica', 'Que bona veniant veraciter penitenti', 'Que mala eveniant inpenitentibus', 'Que sit differencia inter peccata mortalia et criminalia', 'De penitencia usurariorum', 'De falsariis et penarum' (sic), denique 'De voto' etc, quod inc.: 'Videndum est quid sit votum' etc et desin.: 'Item si commutetur in melius scil. de m̄r (?) m̄r (?) pervenit Explicit opus fratris' et iterum col. rubr. 'Explicit opus fratris etc.'

Deinde diversis manibus saec. XV. incip. habes hoc: 'Confessio VIII modis fieri debet Primo Quis quit ubi quociens cum quo cur quomodo quando' et dicta haec:

'Socrates Scienciam pocius quam famam intende famam enim fallere sepe poteris et scienciam nunquam Idem nulli imponas quod ipse pati non posses Hoc exibe quod tibi optaris.

Ysa. Ve qui predaris nonne ipse predaberis celesti benediccione.

Ysa. Veniat maledicio super domum furis ffuris et iurantis in nomine meo menda.

Salomon si pulchra exspecta modicum et non eris.'

Codicem plurimis calami mendis scatere apparet; inscriptiones capp. litteris paullo maioribus marginibus plerumque ascriptae sunt.

De hocce tract. vide: [Savigny, Gesch. d. röm. R. V, p. 482]; Denis, Codd. Theol. Vol. II, col. 1790 sq. ad Cod. DCCXLIII (bis) (nunc cod. 2217 nr. 1), ubi legitur initium: 'Venerabili patri ac domino A. divina providentia Ville Bonon. episcopo — etc. Ea est regula veritatis a patribus approbata' etc et nota: 'Tò A. librariorum est; nullus enim Bononiae Episcopus circa a. 1247. quo scripsit Johannes noster Ulyssiponensis, nomen ducit ab hac litera. Poenitentiale istud VII. Libris constans, . . . qua ratione ad typos nunquam eluctatum sit, miror.'

Johannes de Deo, patria fuit Portugallensis, Decretorum doctor celeberrimus Bononiae, ubi certe usque ad a. 1253 docuit, et ab a. 1247 canonicus Ulyssiponensis. De eo eiusque operibus vide: Schulte, Lehrb. d. Kath. Kirchenr. p. 57 sq.; Oudinum Tom. III, col. 177 sqq. (ad a. 1240); Fabricium, Bibl. med. lat. Tom. II, p. 21 sub lit. D; Cave, Hist. liter. Vol. II, p. 300, qui omnes poenitentiale memorant. Ejusdem summarium, quod dedit Possevinus, Apparat. sacr. Tom. I, p. 865 quoad essentiam quidem cum illo prologi nostri concordat, sed tract. ipse manifeste contractus est, ex. gr.: liber III. teste prologo per VIII titulos distinctus non nisi titt. VI ac liber V. per XXI titt. distinctus non nisi capp. 7 exhibet, praeterea initium: 'Ea est regula' etc, quod post dedicationem habent Denis et Oudinus l. l., nec non initium libr. VII. nullibi in codice deprehendi; ergo opus nostrum, quod pro titt. 72 in prologo promissis omnino capp. 58 continet, ex maiore eiusdem auctoris poenitentiali excerptum puto.

Excerptum aliud ex poenitent. tit. 'Summa minor Magistri Joh. de Bononia de confessione et multis aliis bonis' a nostro, ut initium testatur, diversum recenset Denis Vol. I, col. 974 Cod. CCLXX. (nunc cod. 4180 nr. 19) In cod. Cremif. 50 nr. 6 habetur Joh. de Deo 'liber quintus' summae poenitent., qui vero, si lect. variantes multas excipias, unus idemque est cum libr. II. tract. praesentis. Alios poenitentialis codd. mscr. citant: Gerbertus, Iter Alemannic. p. 351 ex biblioth. Ebersheimensi; Czerny, Hdschr. p. 138 ex cod. Florian. 341 nr. 4, in quo deest praefatio; Schulte, Die Rechtshandschr. d. Stiftsbibl. zu Göttweig etc (Wiener Sitzgsbericht. Bd. 57, p. 574, 606 sq.), ubi habes nostrum prologi et libr. I. initium.

28, f. 342ª—f. 367ª (manu alia) *Passio Jesu Christi secundum quattuor evangelistas eiusque expositio, sine titulo.*

In catal. f. 1ª non satis recte legitur: 'Passio domini secundum Johannem per modum sermonis.'

Fol. 342[a] marg. super. scriptum est: 'In nomine domini Amen'. Opus, quod capitum distinctione caret, incip.: 'Egressus iesus trans torrentem cedron ubi erat ortus Joh. XVIII Cum dominus venisset ad ortum in qua (sic) causa oracionis sepe intravit cum discipulis suis / Nota christus capi voluit in ortu sicud dicunt Cris. et Aug. ut satisfaceret peccato primi hominis' etc Fol. 355[a] et f. 361[a] adsunt lacunae aliquot linearum. Desin.: 'Caput autem inclinavit i. e. gracias agens patri quia obedienciam usque ad crucem patri conservavit et per mortem suam redempcionem humani generis conservavit.' Textus passionis litteris paullo maioribus scriptus et nomina auctorum linea rubra distincta sunt. In expositione citantur: libri biblici, Chrysostomus, Bernhardus, Gregorius, Beda, Hieronymus, Ambrosius, Anselmus, Origenes, Glosa, Seneca, Brito (f. 358[b]), 'Talmot' (f. 360[a]), 'Cancellarius' (f. 366[a]) et saepissime Augustinus.

29, f. 367[b]—f. 377[b] (eadem manu) *Sermo anepigr. in coena Domini de corpore Christi.*

Incip.: 'Probet autem se ipsum homo . . I. Cor. XI Apostolus nos monere volens ut sacramentum domini recipiamus hortatur quemlibet ut se ipsum probet' etc (Lin. 9): 'Quia in hoc excellit Curia domini nostri iesu christi omnes curias seculares' etc Desin.: 'quarta plus quam maxima qua in eternum glorificamur Quod nobis prestare dignetur.' Ad sacerdotes regulares habitus esse videtur. Laudantur praeter libros biblicos: Augustinus, Albertus Magnus, Gregorius, Bernhardus, Chrysostomus, Alexander papa (f. 370[b]), Hugo (f. 370[b]), Soccus (f. 374[a]), Glosa; nomina auctorum linea rubr. distincta sunt.

30, f. 378[a]—f. 383[a] (manu alia) *Sermo alius anepigr. de corpore christi.*

Incip.: 'Probet autem . . . Apostolus nos movere volens ut sacramentum domini digne recipiamus' etc (Lin. 10): 'Notandum autem quod ille qui debet recipere hoc divinissimum sacramentum quinque debet probare' etc Lineae 9 priores concordant cum lin. prioribus sermonis praeced. nec non paucis abbreviatis f. 378[a] lin. 15—f. 379[a] lin. ult. huius serm. cum f. 372[a] lin. 21—f. 373[b] lin. ult. illius, textus residuus differt. Desin.: 'Cum tali devocione et mentis exaltacione recepit ille de quo dicitur Luc. XIX excepit illum gaudens.' Fol. 367—378 partim humore obfuscata sunt.

31, f. 383[a]—f. 387[b] (eadem manu) *De ecclesia et eius partibus, sine titulo.*

Agitur praecipue de earum mystica significatione. Incip.: '[E]st autem ecclesia sic edificanda Parato namque funda-

menti loco iuxta illud bene fundata est' etc Desin : 'Qualiter ecclesiam ingrediens signo crucis se munit dicetur in prohemio quinte partis.' Alia manus saec. XV. addidit: 'amen Bonau'(entura?). Fragmentum vero omnino non est Bonaventurae, sed petitum est ex Rationali divinorum officiorum Guilielmi Duranti, in quo lib. I. cap. I. 'De eccles. et eius partibus' partem posteriorem et eam maiorem efficit, ex. gr. in edit. Ulmae 1473 'per ioh. zeiner ex Rutlingen' in Fol. (Hain, nr. 6474) legitur paucis variantibus exceptis fol. III. col. 1 lin. 43—f. V.^{b} col. 2 lin. 15. De auctore, qui fuit Ord. Praedicat. obiitque a. 1296, confr. cod. Cremif. 50 nr. 4.

Nr. 28—31 passim adjectae sunt manu posteriore saec. XV. breves notae marginales (nr. 28 et interlineares), haud raro Germanice, partim rubro, partim nigro col. scriptae.

32, f. 387^{b}—f. 388^{b} (manu alia) *Vocabula quaedam Latina alphabetice digesta cum interpretatione Germanica, sine titulo.*

Primum est hoc: 'Abstractum gefrūme das dye gancz gemain macht .i. enchucht'(sic) etc Ultimum: 'Vicissitudo ein wandelper d'r vnstetikayt od' ein bedakchung der andrung.' Alia manus saec. XV. ascripsit: 'tropoloya auzlegung noch d' sel. Sugestio dyaboli dy furpildung des tewfls.' In marg. litterae alphabeti col. rubr. leguntur.

Fol. 389^{a} scriptione vacat.

33, f. 389^{b} (manu parum diligenti saec. XV. exeunt.) *Notae tres, Germanice; sine titulis.*

Prima, in qua Evae peccatum in paradiso comparatur cum eucharistiae sumptione, incip : 'Chramchait v'treibt man mit seim wid'tail' etc Secunda et tertia, in quibus de virginis Mariae sub cruce filii stantis dolore agitur, sunt minus accurate translatae ex locis duobus, qui in expositione supra sub nr. 28 recensita f. 363^{b} lin. 14—24 et f. 364^{a} lin. 18—364^{b} lin. 13 leguntur. Secunda, quam, ni fallor, rectius dixeris carmen versus 17 quamquam incorrectos, 'Kurzzeilen' quos vocant, continens incip.: 'Stabat iuxta crucem / Dy mut' d' parmh'czichait / volls iamers mut' suzzichait' etc et tertia, quae quidem in fine mutila est: 'O mater pietatis. O gutige mut.' warumb hast nicht dein achsel vnd'gesaczt den fuzzn̄ deins sum' etc.

34, f. 390^{a}—f. 393^{a} col. 2 (manu saec. XIV; binis columnis) *Stella clericorum.* Hunc titulum habes in fine.

Incip.: 'Quasi stella matutina . in medio nebule . id est peccatorum Nota quod proprietates huius stelle matutine possunt referri ad quemlibet doctorem' etc Continet capp. 21, quorum ultimum incip.: '[L]egitur in allexandro reg[e]' etc

et desin.: 'qui vos ad tantam graciam elegit Qui vivit . . . Amen.' Sequitur haec subscriptio:

'Explicit Stella clericorum per manus
Wolfgangi Sacerdotis.' atque:
'Lector amore Dei sepe memento mei
Finivi librum scripsi sine manibus istum.
Detur pro penna scriptori bos et asinus.'

Inter operis finem et singulas subscriptionis lineas spatia vacua sunt relicta; litt. initiales in margine positae sunt aut desunt. Dextra et superior fol. 393 particula abscissa est.

Tractatus saepe typis editus est; Hain, Repert. bibliogr. Vol. II, P. II, p. 359 sqq. sub nr. 15060—15080 memorat editiones 21, quae usque ad a. 1498 prodierunt. Mihi adjacent duae in 4°, prior sine loc. a. et typ. nom. (Hain, nr. 15074), cujus tamen non nisi foll. 8 priora et f. 12 sive ultimum supersunt, et altera 'Impress. Auguste per Joh. Froschauer. Anno dom. M.CCCCC.III.' foll. 15 complectens, quae in textu eiusque ordine et divisione saepe inter se differunt. Codicis textus magis ad edit. priorem accedit, sed ad calcem brevior est; nam ultima cod. verba leguntur in fine cap. XXI. edit. (f. 8^{b} lin. 11). Post cap. 14 verba: 'Ambulavimus cum consensu' (f. 392^{a} col. 2) codici deest altera cap. XIV. pars et reliqua cap. 14 pars efficit edit. cap. XV. partem I.; capp. 15 et 16 respondent edit. capp. XVI. et XV. part. II., sed multum discrepant; praeterea cod. lectio passim paullo brevior est et saepe ab edit. differt. Capp. divisio et ordo praeter capp. 14—16 concordat. Capp. 14—16 paucis mutatis efficiunt cap. XI. edit. alterius, in qua ultima cod. verba leguntur circa finem cap. XVI. (f. 12^{b} lin. 23).

Idem opusculum saepius vero discrepans extat in cod. Cremif. 26 nr. 10. De aliis codd. mscr. vide: Braun, Notitia de codd. mscr. in Bibl. monast. ad Ss. Udalr. et Afr. Augustae p. 202 in indice; Tabb. codd. Vol. III, p. 612 in indice; cod. Florian. 318 nr. 2 (Czerny, Hdschr. p. 129); St. Galler Hdschr.-Cat. p. 622 in indice: omnes codd. anonymi sunt excepto Sangallensi 36 p. 525 sqq., in quo legitur: 'Liber qui vocatur Stella clericorum quam composuit magister Guido.'

35, f. 393^{a} col. 2 marg. infer. (manu saec. XV.) *Versus 8 Leonini qui dicuntur de virtutibus agni Dei cerei, sine titulo.*

Primus est: 'Balsamus et munda cera cum crismatis unda' et ultimus: 'Peccatum frangit ut christi sagwis (leg. 'sanguis') et angit.'

Habes hos versus editos apud Mabillonium, Museum Italic. Tom. II, p. 377, ubi praemissa est nota: 'Urbanus (Papa) V. pro

magno munere misit Imperatori unum agnum cum his versibus,' sed vers. 7 et 8 inverso ordine leguntur. Iidem extant in cod. Florian. 350 nr. 2 (Czerny, p. 142) et in Sangallensi 932 (cf. St. Gall. Hdschr.-Cat. p. 532 in indice). De versibus Leoninis confr. Fabricium Bibl. med. lat. Tom. IV. p. 263 sub voce 'Leo'.

36, f. 393b (eadem manu, ut videtur, qua nr. 13) *Notae theologicae tres, sine titulis.*

Initium primae, in qua de diversis gradibus beatorum, ut videtur, agitur, resectum est; in fine legitur: 'Hec petrus pichwort.' De Petro Reicher de Pirchenwort, Theolog. doctore et profess. in universit. Vindob., Canonico ad S. Steph., mort. 1436 ejusque scriptis vide Aschbach, Gesch. d. Wien. Univ. (Bd. I.) p. 443 sqq. In secunda nota agitur de praescientia divina, in tertia de trinitate; secund. incip.: 'Nota quod presciencia divina respicit futura secundum duo' etc.

37, f. 394a—f. 408b (manu diligenti saec. XIII. incip.) *'Metro distincta nunc. Incipit orthografia.'* Hic titulus litteris paullo maioribus scriptus est.

Sunt versus 891, plerumque hexametri et haud raro Leonini, in tres libros digesti, ut testantur vers. 361, 708 infra allati, sed haec divisio nullo spatio interiecto indicatur.

Incip.: 'Uox est ut dicunt. aer tenuissimus ictus.
Aut hoc sensibile proprie quod discitur aure.
Articulata ue non. uox litterulata fit aut non.
Litterulata potest scribi. contraria numquam.' etc

(f. 400a lin. 2 sqq.) vers. 361 sqq.:
'Finitur primus liber. edocet inde secundus
Litera. litterulas. ubi non ubi transeat in quas.
Que sit cognitio sua. vel quis cuiuslibet ordo.' etc

(f. 405b lin. 18 sqq.) vers. 708 sqq.:
'Tercius hinc sequitur. cuius tractatus habetur.
Et quid sillaba sit. numero quo crescere possit.
Singula qua serie. qua voce sit. atque tenore.' etc

Desin.: 'Vt respondendi vult verba vel inparitandi.
Si rogo quid summum sit vita dat quis honestum.
Ecce fit ex uno sententia congrua verbo.
Finis *orthographie prisciani.*'

Sequitur spatium vacuum aliquot linearum.

Opus omnino non est grammatici praeclari Prisciani, cujus grammatica (libri XVIII) habetur in cod. Cremif. 174; nam Fabricius, Pauly, Bähr, Teuffel ibidem laudati prorsus silent de tali Prisciani opere, quod et in editionibus, ex. gr. Venet. 1481 in Fol. et Lips. 1819 in 8° (ed. Krehl), non legitur. Auctor nescio quis medii aevi, id quod versus Leonini haud

obscure demonstrant, regulas in Prisciani grammat., praecipue in libris duobus prioribus, contentas versificavit.

38, f. 409[a]—f. 414[a] (eadem manu) *'Incipit tractatus figurarum Metrice.'*

Constat ex versibus 294 haud raro Leoninis (v. 129, 130 leguntur f. 411[a] in marg. dext.), in quibus de variis orationis figuris agitur; vers. 202, 211, 232 mutili esse videntur. In margine materiae signis paragraphorum notis similibus separantur.

Initium: 'Est barbarismus dictus quasi barbaricus mos.
Huius enim vicii gens barbara fertur origo.
Hoc vitium corrupta tibi fert dictio sola.' etc

Finis (f. 414[a] lin. 2 sqq.):
'Sarcasmos dictis hostem deridet amaris.
Antismos verbis satis est ornata facetis.
Hii versus pure dant plurima signa figure.
Explicit. expliceat. ludere scriptor eat.'

Citantur auctores: 'Ysidorus' (f. 409[b]), 'beda', lucanus (f. 410[a]), 'Matheus', 'Priscianus' (f. 410[b]), 'salustius', 'Claudius', 'marcus. tullius. cicero'. (f. 412[b]).

39, f. 414[a]—f. 415[b] (manu eadem) *Versus Leonini 80 de excidio Trojae.*

Sunt disticha 40, quae cum praecedenti tract. sine intervallo coniuncta sunt, sed f. 414[a] in marg. sinistr. legitur: 'U[9]'(=Versus).

Incip.: 'Mens erit huic operi. priamo duce digna timeri.
Lapsu tam celeri. pergama lapsa queri.
Musa memor levi casus et tam brevis evi.
Comprime multa brevi. sed brevitate levi.' etc.

Desin. (f. 415[b] lin. 3 sq.):
'Tolle bonas leges. licet ornet purpura reges.
Ex hac peste leges. quanta sit inde seges.'

40, f. 415[b] (eadem manu) *Versus 23 ad grammaticam pertinentes, sine titulo; a fine mutili, ut videtur.*

Cum vers. praecedentibus nullo spatio intermisso coniuncti sunt et quaedam verba similia modo ludicro explicant; vers. 1, 3—8, 10, 11 in margine signa illis, quae supra nr. 38 memoravi, similia apposita sunt.

Incip.: 'Alea. bachus. amor. denudat. inebriat. urit.
Terga. caput. mentem. veste. sapore. face.' etc.

Desin.: 'Sepe sagittantem didicit referire sagitta.
Inque reum plage conversa recurrere plaga.'

41, f. 416[a]—f. 440[a] (manu alia diligenti saec. XIII.) *Magistri Altmanni iudiciarius ordo et medulla matrimonii, metrice.*

Prior, in quo de utroque foro, ecclesiastico et civili, agitur, litt. uncial. rubr. inscriptus: 'De Iudiciis Liber Primus' constat ex vers. 780 hexametris haud raro Leoninis, et litt. initialibus dividitur in capp. 137.

Incip.: 'Acturi De iudiciis. quo iudice rite
Lis contestetur. vel per quos iusta probetur.
Testis. causa. reus quo se tueatur. et in quem
Malleus actoris cudet. quo quisque patrono.' etc

(f. 421a lin. 7 sqq.) vers. 306—321:
'Talis erit vero concepti forma libelli.
Premissis annis domini. die nomine iuncto
In kathedra Petri sancto papa residente.
Cuius papatus currit iam septimus annus.
Regna vel imperium iam rege tenente Philippo.

v. 311: Illius hoc anno regni. sub consule tali.
His sub presulibus. hoc tempore pontificatus
Ipsorum. talique die. seu mense sub illo.

v. 314: Prespiter Altmannus ego pulso reum symonię
Gwidonem. quia pro tali dedit ordine Petro
Viginti solidos. uel ad ęcclesiam titulandus
Mense. die. certoque loco. culpęque sodali
Crimen. ubi. quando. per quem. cum quoque sit actum.
Non intermissis. annos domini replicabis
Et papę. regisque simul. vel presulis. et mox
Subscribes temet. talem deferre professum.' etc

(f. 428a lin. 1 sqq.) vers. 720 sq.:
'Sed que quisque timet per talia verba recuset.
Cum sub suspecto contendere iudice tutum.

v. 722: Non sit. ego Altmannus te comperiens mihi iuste
Suspectum. sub te nunc iudice stare recuso.' etc

Desin. (f. 428b): 'Mors mandatoris. interpellatio facta.
Si certo fine sententia consolidatur
Si persona datur. ut iudicet et moriatur.
Aut quod mandatur. per eundem mox revocatur.'

Versui 774 in marg. dext. eadem manu ascriptum est: 'Explicit *iudiciarius ordo.*'

Altera, quae (f. 429a) litt. rubr. inscribitur: 'Liber II.^{9} De matrimonio,' constat ex vers. 682 hexametris haud raro Leoninis (v. 212 legitur f. 432a in marg. dext.), et litt. init. dividitur in capp. 116.

Incip.: 'Ardua Temptantes sub metrica iura medullam
Legitimi nexus. rauca licet usque cycuta
Taxamus. scriptis nitentes hugutionis
Materiamque damus. si forte quis inclitus ista
Altisono pompare stilo velit. et pede digno.
Nam labor iste rudes cum sit rudis imbuit aures.' etc

Desin. (f. 440[a] lin. 15 sqq.):

'Si desponsata fuerit vim passa probata.
Sponso reddatur: quoniam mechata probatur.
Js quoque cogatur ut ea consorte fruatur. Explicit *Medulla Matrimonii.* A. magistro *Altmanno* compilata.'

Inter f. 438 et 439 folium unum exsectum est, sed nullus adest defectus. In margine f. 416[a]—f. 420[b] et alibi passim leguntur, litt. minoribus sed eadem manu, fontes ex decreto Gratiani et ex decretalibus petiti.

Hujus auctoris et operis nemo, quod sciam, mentionem fecit praeter Fabricium, qui in Bibl. med. lat. Tom. I, p. 75 habet haec: 'Magistri Altmanni Medulla Matrimonii versibus exposita hexam. Incip.: Ardua tentantes. MS. Saec. XIII. in Monasterio Cremifan., Ordinis Benedicti in Austria, ut ex Cl. Viro Bernardo Pez didici.' Hoc loco ergo non nisi medulla matrim., in cuius fine expresse nominatur, Altmanno tribuitur, sed, quin eidem etiam iudiciarius ordo tribuendus sit, ex vers. 314 et 722 vix dubitandum. Praeterea vers. 306—311 docent, opus, saltem libr. I., sub rege Philippo Suevo (1198—1208) et quidem septimo papae Innocentii III. (1198—1216) anno i. e. a. 1203 vel 1204 compilatum esse. Medulla matrim., ut vers. 3 testatur, scriptis Hugutionis nititur. Iste Huguccio (Huguitio) sive Hugo (Ugo), natus Pisae, professor iuris can. Bononiae praeclarus, ab a. 1190 episcopus Ferrariensis, mortuus a. 1210, composuit 'Summam super Decretis' i. e. super decreto Gratiani (vide: Schulte, Lehrb. d. Kirchenr. p. 41; Fabricium, Bibl. med. lat. Tom. III, p. 304), quam indubie auctor noster respicit. Medulla matrim., quam Heinr. Siegel (Wien. Sitzgsber. Bd. 55, p. 531) ex cod. Pal. Vind. 2221 memorat, fortasse cum nostra una eademque est, sed iudicium certum facere nequeo, quia in novo catalogo (Tabb. codd. Vol. II, p. 35) falso hujus cod. fol. 39[a]—f. 60[b] tit. 'Eilbertus Bremensis, Epitome seu summa iuris metrica' etc recensentur, quum teste Siegelio f. 39—44 Eilberti ordo iudiciarius et f. 45—61 medulla matrim. extet; attamen finis, quem Tabb. codd. l. l. exhibent, a nostro discrepat.

Codicem nostrum inspexit et partim excerpsit Frieder. Thaner, Profess. iuris can. Oenipontanus (Sept. 1876).

42, f. 440[ab] (manu alia saec. XIII. et calamo crassiore) *Augustini loci duo.* Nomen 'Augustinus' bis (f. 440[a] et 440[b]) in marg. legitur.

Prior incip.: 'Omne mendacium ideo dicendum est esse pecatum' etc; alter inc.: 'In actione autem penitentie ubi tale commissum est' etc et desin.: 'Magis enim propter futurum iudicium fit remissio peccatorum.'

Deinde manu coaeva habes haec:
'Christo nato. et stella nova radiante. ait quidam sapiens de ipso.
Supra hominem. citraque deum. plus hoc. minor illo
Nescio quid neuter. inter utrumque tenet.' atque:
'Ter quinquagenos. cecinit david ordine psalmos.
Versus bis mille sexcentos sex dedit ille.'

Reliquam fol. 440^{b} partem litterae D et S calamo pulchre exaratae occupant; inter utramque cifris rubr. legitur '1491' (annus fortasse, quo codex in praesentem formam redactus est).

In marg. sinist. manu saec. XIII. scriptum est: '† o † D(?) † e † L. † e † v † Ab insidiis diaboli libera me. N. domine. †: Amen †'

In dext. et super. f. 394^{a} angulo legitur brevis operum in cod. a fol. 394 contentorum catalogus manu saec. XIV., quae in codd. Cremif. saepius occurrit, scriptus, sed opus ultimum ibi enumeratum 'Arator super Actus apostolorum' hodie deest; deerat iam sub finem saec. XV.; quia in catal. f. 1^{a} non commemoratur.

Litterae initiales nr. 1, 3, 6—8, 10, 24, 27—30, 32, 41 omnes et nr. 11, 14, 20—22 non nisi passim colore rubr. sunt expressae; nr. 12, 31, 34 litt. init. carent.

Presbyter Johannes Seld de Leubs (fortasse nunc 'Loibes' pagus Austriae infer.), qui cum monasterio Cremifan. fraternitatem i. e. participationem beneficiorum spiritualium inierat et sibi anniversarium in die S. Petronellae virg. (31. Mai) fundaverat, hunc codicem (saltem partim) et plures alios a. 1440 et 1441, verisimiliter pro hac fundatione, monasterio nostro tradidit. Confr. cod. Cremif. 18 nec non indicem possessorum et Hagn, Wirken d. B. A. Kremsmünst. p. 33, quo teste circa a. 1440 fuit plebanus in urbe Chremsa Austr. infer. Fortasse Joh. Seld, Doctor decretorum et professor in univers. Vindob., Rector ibid. a. 1422 et 1428, de quo Aschbach, Gesch. d. Wien. Univ. (Bd. I.) p. 261 not. 2, p. 262, 581 sq., cum nostro unus idemque est. De fraternitatibus sive confraternit. (Todtenverbrüderungen), quae ex Britannia in Germaniam introductae videntur, vide: Rettberg, Kirchengesch. Deutschl. Bd. II, p. 788 sq., Karajan, Das Verbrüderungs-Buch d. Stift. S. Peter zu Salzburg, Einleit.; Zappert, Ueber sogen. Verbrüderungs-Bücher u. Nekrolog. im Mittelalt. (Wiener Sitzungsber. Bd. 10, p. 417 sqq., Bd. 11, p. 5 sqq.).

2. Codex membran. Saec. XIII. Folior. 152 4.°; quem, licet scripturae ductus fol. 11^{b} lin. 8 — f. 24^{b} nec non fol. 25^{a} — f. 151^{b} inter se et a prioribus paullum differant et inde a fol. 49^{a} usque in finem paullo maiores sint, eadem manu exaratum puto. (fol. 11^{b} lin. 8 — f. 24^{b} fortasse ad aliam manum coaevam pertinent).

Sunt quaterniones I. — XIX., quorum tamen numeri in marg. imo positi plerumque resecti sunt.

Codicem iam saec. XIV. Monasterii Cremifanensis fuisse, conicere licet ex manu, cuius ad f. 394^{a} codicis praeced. modo memini, quippe qua passim marginibus citationes et brevia argumenta nec non et in textu et in margine correctiones adjectae sunt.

1, f. 1^{a} — f. 149^{a} *'Incipiunt Sermones Innocencii. pape.'* (rubr.) Manu saec. XV. additum est: *'tercy.'* In fronte tegumenti anterioris manu saec. XV. exeunt. legitur: 'Sermones domini Innocencii pape tercii tam de tempore quam de sanctis.'

Praemissus est 'Prologus de qualitate et utilitate predicacionis.' (Hic titulus manu saec. XIV.), cuius initium est: 'Innocencius episcopus servus servorum dei dilecto filio Arnoldo Abbati cistercium salutem . . Prophetica docet auctoritas quod beati sunt illi' etc et finis: 'aput iustissimum iudicem et piissimum patrem me reddas spiritualiter commendatum.'

Bandinius, Catal. Biblioth. Medic. Laurentinianae Tom. IV, col. 575 sqq. nr. II. recenset codicem saec. XIII. ex biblioth. S. Crucis translatum, qui continet Innocentii Papae III. sermones 57, praevia epistula, quae prologo nostro respondet, ipsumque confert cum eius editione operum duobus in 2° voll. Coloniae apud Maternum Cholinum MDLXXV., in qua prologus legitur Tom. I, pag. 1; sed nec editio ista nec alia, ex. gr. Veneta a. 1578 4°, mihi ad manus est. Codex noster exhibet omnino sermones 70, qui hoc ordine procedunt:

1, f. 1^{b} .'In prima. dominica de adventu domini.' Incip.: 'Hora est iam nos de sompno surgere . . Significacio sompni multifarie spargitur in scripturis.' etc Desin.: 'ut sacrosanctam nativitatem ipsius celebrare possimus. Ipso prestante qui' etc Extat in cod. Laur. laud. nr. II; [in edit. Colon. l. p. 7].

2, f. 2^{b} 'Vnde supra.' Rectius dixeris sermonis thema, quod non nisi lineas 13 occupat; incipit autem sic.: 'Cum venit plenitudo temporis . . . Sed cur tamdiu distulit venire medicus ad sanandum egrotum.' etc et desin.: 'quam sapiencia nobis insinuat.' Non extat in cod. Laur.

3, pag. ead. 'In secunda dom. de adventu d.' Inc.: 'Cum audisset iohannes in vinculis opera christi . . . Mirum fortasse videtur quod iohannes baptista qui christum predixit venturum' etc Des.: 'Super quem ceciderit lapis iste conteret eum iesus christus dominus n. q. . . Amen.' Deest in cod. Laur. nec non teste Mansio in additionib. ad Biblioth. med. lat. Fabricii Tom. IV, p. 35 sq. in edit. Veneta a. 1578 et in aliis; habes autem eodem teste in codice saec. saltem XIV. et forte XIII. membran. Biblioth. Canonicor. maioris Ecclesiae Lucensis et in alio eiusdem Biblioth. cod. saec. omnino XIII. pro eadem dominica. Mansius ineditum putat.

4, f. 4ª 'In Tercia dom. de adventu. domini.' Inc.: 'Gaudete in domino semper . . . Sacrosanctum redemptoris adventum' etc Des.: 'confi.(guratum) corpori c.(laritatis) su.(e) quod ipse nobis prestare dignetur qui est . . Amen.' In cod. Laur. nr. IV; [in edit. p. 13].

5, f. 5ª 'In Quarta dom. de adventu.' Inc.: 'Ego baptizo vos aqua. . . Apostolica sedes qui disponente domino cunctorum fidelium mater est et magistra' etc Des.: 'nos transferat ad premium spei. qui cum patre . . Amen.' Extat in cod. Laur. nr. V; sed deest teste Bandinio in edit. Col. nec non, ut Mansius l. l. docet, in edit. Veneta cit. et in aliis; habetur autem in codicibus Lucensibus modo laudd. et inscribitur: 'In Dominicam III. de adventu Domini.' Mansius item ineditum censet.

6, f. 6ᵇ 'In. Natali domini.' Inc.: 'Verbum caro factum est . . Juxta communem usum loquendi' etc Des.: 'faciat nos participes sue glorie. iesus christus dominus noster qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. VI; [in edit. p. 84].

7, f. 7ᵇ 'In. Natali. domini.' Inc.: 'Novum faciet dominus . . Novum autem in sacra scriptura multis modis accipitur. Novum dicitur recens.' etc Des.: 'sed in a.(zymis) s.(inceritatis) et veritatis. ipso prestante qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. VII; [in edit. p. 87].

8, f. 8ᵇ 'In Circumcisione domini.' Inc.: 'Postquam consummati sunt dies octo . . quia circumcisum de circumciso et verbum de verbo. Audistis' etc Des.: 'nomen utique salutare. per quod ipso nos salvet d. iesus christus. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. IX; [in edit. p. 92].

9, f. 10ª 'In epyphanya domini' Inc.: 'Uidentes stellam magi . . . Sacrosanctum coniugium. quod inter christum et ecclesiam' etc Des.: 'tandem conpatiatur ex carne.' In cod. Laur. nr. X; [in edit. p. 98].

10, f. 12ª 'Dom. prima post oct. Epyphanie.' Inc.: 'Die tercia nuptie facte sunt in chana galilee. . . quia spiritus est qui vivificat. caro non prodest quicquam.' etc Des.: 'ut sic aquam

convertit in vinum. sponsus ecclesie christus qui . . Amen.' Non extat in cod. Laur.

11, f. 14b 'In ypapanti domini.' Inc.: 'Ecce ego mitto angelum meum . . . Rex regum et dominus dominantium' etc Des.: 'ut tale templum. nos sibi faciat. angelus testamenti. d. n. iesus christus qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XI; [in edit. p. 106, ubi inscribitur: 'De purificatione'].

12, f. 18a 'Dominica in LXX.' (Hic titulus manu saec. XIV. in marg. legitur.) Inc.: 'Occupatio magna creata est omnibus. et iugum grave . . . Mater omnium hominum terra est.' etc Des.: 'et honus (leg. 'onus') meum leve.' In cod. Laur. nr. XII; [in edit. p. 19].

13, f. 19a 'In septuagesima' Inc.: 'Simile est regnum celorum . . . Hec parabola.' etc Des.: 'nos exstirpet dispensator vinee iesus christus qui . . Amen.' In cod. Laur. XIII; [in edit. p. 21].

14, f. 21a 'In capite ieiunii.' Inc.: 'Tu cum ieiunas unge caput tuum . . Dignitas ieiunii multipliciter commendatur' etc Des.: 'qui est fons aque vive salientis in vitam eternam. d. iesus christus qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XIV; [in edit. p. 24].

15, f. 24b 'De ieiunio.' Inc.: 'Hoc est maius ieiunium . . . Si digne volumus' etc Des.: 'per finalem perseverantiam ipso prestante qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XV; [in edit. p. 30].

16, f. 26a 'De Elemosina.' Inc.: 'Date elemosinam . . Nemo dignius posset elemosinam commendare.' etc Des.: 'et ipsa contra omne periculum salutis est medicina.' Est cod. Laur. nr. XVI; [in edit. legitur p. 198—206, ubi inscribitur: 'De Eleemosyna Libellus piissimus', dividiturque in capita sex]. In codice nostro, cuius finis cum cod. Laur. concordat, item deest caput ultimum.

17, f. 30a 'In prima. Dom. in quadragesima.' Inc.: 'Ductus. est iesus . . . Tres sunt qui temptant.' etc Des.: 'non permittat nos usque ad consensum temptari. Qui cum patre' etc. In cod. Laur. nr. XVII; [in edit. p. 33].

18, f. 32a 'I[n] Secunda dominica quadragesime.' Inc.: 'Assumpsit iesus petrum . . . Quia fidelis est dominus in promisso.' etc Des.: 'donec videamus deum deorum in sion. Prestante' etc. In cod. Laur. nr. XVIII; [in edit. p. 36].

19, f. 34a 'In Tercia dominica quadragesime.' Inc.: 'Cum inmundus Spiritus . . . Sepe necessitas impedit.' etc Des.: 'ut ipsi intercedant ad d. iesum christum. qui . . amen.' In cod. Laur. nr. XIX; [in edit. p. 40].

20, f. 35a .'Quinta feria mediane ebdomade.' Inc.: 'Exurgens iesus de sinagoga . . . Multa nobis et magna' etc Des.: 'Scimus quod sanctus dei. es.' In cod. Laur. nr. XX; [in edit. p. 42].

21, f. 36b 'In media quadragesima.' Inc.: 'Est puer unus hic . . . Tria nobis precipue' etc Des.: 'ubi christus est in dextera

dei sedens qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XXI; [in edit. p. 45].

22, f. 37b 'In quarta feria. quadragesime. de Rosa.' Inc.: 'Letare. ierusalem . . . Hodierna sollempnitas fratres' etc Des.: 'nec in cor hominis ascendit. quod nobis prestare dignetur. qui . . amen.' In cod. Laur. nr. XXII; [in edit. p. 47].

23, f. 38b .'In Cena domini.' Inc.: 'Qui. Lotus est . . Triplex est lavacrum.' etc Des.: 'qui dignanter illas instituit. d. n. qui . . amen.' In cod. Laur. nr. XXIII; [in edit. p. 50].

24, f. 39a .'In Pascha.' Inc.: 'Post passionem. suam . . . Volens fratres karissimi. volo si possum argumenta distinguere.' etc Des.: 'de quibus alias ipso auctore docebimus. qui docet omnem scientiam. d. iesus christus. qui . . amen.' In cod. Laur. nr. LVII; [in edit. p. 47].

25, f. 41b 'Prima dominica. post pascha.' Inc.: 'Ego. sum. pastor bonus . . Parabolice similitudinis' etc Des.: 'ad laudem et gloriam summi pastoris ecclesie iesu christi. qui est . . Amen.' In cod. Laur. nr. XXIV; [in edit. p. 55].

26, f. 43a 'In Ascensione domini.' Inc.: 'Ascendens. christus in altum . . Tres sollempnitates. non sole. sed precipue' etc Des.: 'inspirante paraclito qui a patre procedit et filio. qui cum eis est unus. et verus. deus . . Amen.' In cod. Laur. nr. XXV; [in edit. p. 58].

27, f. 44b 'In pentecosten.' Inc.: 'Liguefacta est terra . . . Duplex est liguefactio.' etc Des.: 'qui est vera remissio peccatorum. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XXVI; [in edit p. 61].

28, f. 45b .'In Pentecosten.' Inc.: 'Johannes. quidem . . . Duplex nobis baptismus' etc Extat in cod. Laur. nr. XXVII, [in edit. p. 64], ubi ultima verba sunt: 'videamus Deum in syon'; sed textus noster habet verba: 'videamus deum deorum in syon. Amen.' fol. 46b lin. 13 atque ead. linea progreditur littera rubr. praemissa his verbis: 'Vnicuique autem datur manifestatio spiritus sancti. ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo.' etc et lineis 32 post desin.: 'rogemus. ut per suam misericordiam ineffabilem se ipsum nobis infundat. quatinus templum glorie nos in habitando perficiat. Qui cum patre . . Amen.' Quae hic apposita sunt, leguntur iterum ad calcem sermonis 68 (f. 144a lin. 7—f. 144b lin. 15).

29, f. 47a .'De Villico iniquitatis.' Inc.: 'Homo. quidam erat dives . . . Qualiter ista parabola' etc Des.: 'quia non proposui solvere huiusmodi questiones.' In cod. Laur. nr. XXVIII, ubi inscribitur: 'Tractatus, seu Homilia in Dominica VIII. post Pent.'; [in edit. p. 69].

30, f. 49a 'In Natali. s. Silvestri pape.' Inc.: 'Ecce sacerdos. magnus . . . Tria nobis in verbis propositis' etc Des.: 'precibus et meritis beati silvestri d. iesus christus qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XXIX; [in edit. p. 96].

31, f. 50b 'In Conversione. s. Pauli.' Inc.: 'Nemo. venit ad me... Vere. verum est verbum hoc. quia verbum est veritatis. verbum verbi. quod erat in principio. apud deum.' etc Des.: 'in tercio de meliori ad optimum. quod precibus et meritis beatissimi pauli nobis et vobis concedat d. iesus christus qui .. Amen.' Ab initio a cod. Laur. nr. XXX. [edit. p. 101] differre videtur; verba quidem: 'Saepe locutus sum vobis', quae ille post thema exhibet, in cod. nostro non reperi, sed finis (saltem a verbis: 'quod precibus' etc) concordat.

32, f. 51b 'In Conversione. s. Pauli.' Inc.: 'Nolo. mortem. peccatoris . . Huius sententie exemplum' etc Des.: 'et gratie sue virtutem apponat Amen.' In cod. Laur. nr. XXXI; [in edit. p. 104].

33, f. 53a .'In Natali. Sancti gregorii. pape.' Inc.: 'Statuit ei dominus . . . Testamentum est (hoc verb. supra lin. legitur) proprie voluntatis iuxta sententiam' etc Des.: 'quoniam priora transierunt Ad hanc gloriam. meritis. et precibus beati gregorii. nos perducat iesus christus. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XXXII; [in edit. p. 112].

34, f. 57a 'In Annuntiacione beate. Marie.' Inc.: 'Nemo ascendit in celum . . . Cum diligenter attendo' etc Des.: 'Ad quas nos faciat ascendere. d. iesus christus. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XXXIII; [in edit. p. 116].

35, f. 59b 'In Natali. s. Johannis baptiste.' Inc.: 'A diebus iohannis baptiste. regnum celorum vim patitur. et violenti diripiunt illud. Mirum fortasse videtur aliquibus. si regnum celorum per violentiam rapiatur.' etc Des.: 'expectantes beatam spem. et adventum glorie magni dei. quod precibus beati iohannis baptiste. nobis prestare dignetur d. iesus christus. qui . . Amen.' Non extat in cod. Laur.

36, f. 62a .'Vt Supra.' Rectius dixeris sermonis thema, quod non nisi lin. 18 occupat; incip. autem sic: 'Inter natos mulierum . . Quid ergo. an maior est christo. qui fuit natus ex muliere.' etc et des.: 'ergo qui tunc minor erat in regno celorum. maior erat iohanne baptista.' Deest in cod. Laur.

37, f. 62b 'In natali apostolorum Petri et Pauli.' Inc.: 'Duc in altum. et laxate recia in capturam. Cum iesus ascendisset in unam navim' etc Des.: 'ut tandem feliciter coronetur in celis. prestante d. iesu christo qui . . amen.' In cod. Laur. nr. XXXVII; [in edit. p. 134].

38, f. 63b 'nat. s. Ma. magd. v.' (Hic titulus a prima manu legitur in marg.) Inc.: '[U]bi habundavit delictum . . Propositum (fuit: 'proponunt') nobis apostoli verbum.' etc Des.: 'qui primo miseri corditer beate marie magd.(alene) sue resurrectionis gaudium intimavit. d. iesus christus qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XXXVIII; [in edit. p. 136].

39, f. 65b .'Ad Vincula sancti petri.' Inc.: 'Misit herodes rex . . . Quia plane videmus historiam.' etc Des.: 'et de. o. eius. p. m. (corr. 'ex. pl. iudeorum' = omni expectatione plebis iudeorum) iesus christus. d. n. qui . . amen.' In cod. Laur. nr. XXXIX; [in edit. p. 138].

40, f. 67b 'In Natali. s. Laurentii. Ma.' Inc.: 'Probasti cor meum . . . Tria sunt que beatum laurentium gloriose commendant.' etc Des.: 'et calumpniantibus nos. prestante d. n. iesu christo. etc.' In cod. Laur. nr. XL; [in edit. p. 141].

41, f. 70b 'In Assumptione. s. Marie.' Inc.: 'Intravit iesus in quoddam castellum. et. mulier quedam martha nomine . . . Castellum istud est virgo maria.' etc Des.: 'principium et finis. iesus christus. d. n. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XLII; [in edit. p. 148].

42, f. 72b 'In festo omnium sanctorum.' Inc.: 'Duo. Seraphin clamabant. . . Duo seraphin. quorum alter ad alterum clamabat. sunt duo testamenta.' etc Des.: 'que sub una sollempnitate omnium sanctorum meritis veneratur. ad laudem. et gloriam. individue trinitatis. qui . . Amen.' In cod. Laur. XLV; [in edit. p. 134].

43, f. 73b 'In festo apostolorum.' Inc.: 'Nimis honorati sunt . . . In quo plus posset quispiam honorari.' etc Des.: 'ipsi pro nobis suis precibus et meritis interveniant apud deum. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XLVII; [in edit. p. 161].

44, f. 76a 'In festo Apostolorum.' Inc.: 'Nisi Dominus custodierit civitatem . . Rex regum fratres karissimi' etc Des.: 'suam civitatem custodiat d. iesus christus. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XLVI; [in edit. p. 164].

45, f. 77b .'In festo Ewangelistarum.' Inc.: 'Fluvius egrediebatur . . Quadruplex in sacra scriptura legitur paradisus.' etc Des.: 'meritis et precibus beatissimi. N. evangeliste d. n. iesus christus. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XLVIII; [in edit. p. 166].

46, f. 79b 'In festo unius Martiris.' Inc.: 'Qui vult venire post me . . . Volentibus ire post christum.' etc Des.: 'ut sequendo christum. ad vitam perveniamus eternam ipso prestante. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XLIX; [in edit. p. 169].

47, f. 82b 'In festo unius martiris.' Inc.: 'Posuisti domine super caput eius . . Duplex est corona sanctorum.' etc Des.: 'Ad quam exultationem meritis et precibus sancti martiris nostri. nos perducat d. n. iesus christus. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. L; [in edit. p. 162].

48, f. 83b 'In festo plurimorum martirum.' Inc. :'Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione . . Duplex tribulatio fratres karissimi' etc Des.: 'hoc est in fide passionis christi. ipso misericorditer concedente. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. LI; [in edit. p. 174].

49, f. 85b 'In festo plurimorum martirum.' Inc.: 'Tanquam aurum in fornace . . Diversas nobis fratres karissimi. fornaces sacra scriptura distinguit.' etc Des.: 'Ab his ergo malorum suppliciis. nos eripiat ad illa sanctorum gaudia. nos perducat. meritis et precibus beatorum martirum. d. n. iesus christus. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. LII, ubi finis diversus; [in edit. p. 177].

50, f. 88b 'In festo confessorum.' Inc.: 'Vigilate. quia nescitis quando dominus veniet. sero. an media nocte. an gallicantu. an mane . . . Duobus modis anima dormit in viciis. Et duobus modis vigilat in virtutibus.' etc Des.: 'Vigilate ergo. quia beati sunt servi illi quos cum venerit dominus. invenerit vigilantes.' Hic sermo et sex sequentes non leguntur in cod. Laur.

51, f. 90a 'In. festo confessorum.' Manu saec. XIV. ascriptum est: 'ad religiosos.' Inc.: 'Beati. mundo corde . . plana. sed plena sunt verba que protulit dominus. verba pariter et fecunda.' etc Des.: 'His itaque scopis. domum cordis mundetis. ut deum videre possitis. ipso prestante. qui . . Amen.'

52, f. 93b 'In festo Virginum.' Inc.: 'Simile est regnum celorum. homini negotiatori . . . Regnum celorum cuius distinctio multipharie spargitur in scripturis.' etc Des.: 'ut preciosam illam margaritam comparemus a domino ipso prestante qui . . Amen.'

53, f. 95a .'In Dedicatione. ecclesie.' Inc.: 'Introibo in domum tuam . . Vniversorum dominus et creator. cuius est immensa maiestas. et incircumspecta sublimitas.' etc Des.: 'propter redemptionem. et propter salvationem. quam nobis prestare . . Amen.'

54, f. 97b 'In Dedicatione. ecclesie.' Inc.: 'Nescitis. quia corpora nostra. templum sunt spiritus sancti. Si desideratis fieri participes sollempnitatis huius.' etc Des.: 'Inmola deo sacrificium laudis et redde altissimo vota tua.'

55, f. 99a 'In Dedicatione. ecclesie.' Inc.: 'Ingressus. iesus. perambulat iericho . . . Duo sunt redemptoris egressus. Vnus eternus. et alius temporalis.' etc Des.: 'imitemur zacheum. ut in domo nostra christus habitare dignetur. qui . . Amen.'

56, f. 104a .'In Synodo.' Inc.: 'Si dormiatis inter medios cleros . . . Duo sunt nobis ad meritum necessaria. vita. s.(= scilicet) et doctrina.' etc Des.: 'Fulgebunt iusti sicut sol. in regno patris eorum. Ad quam gloriam . . . Amen.' Habes hunc sermonem editum apud Labbeum, Concil. edit. Coleti Tom. XIII. (Venet. 1730) col. 921—926 et iterum apud Mansi, Concilior. collect. edit. noviss. Tom. XXII. (Venet. 1778) col. 973—979, ubi inscribitur: 'Sermo II. Innocentii Papae III. In concilio generali Lateranensi [a. 1215] habitus'; codicis lectio haud raro differt ab edita.

57, f. 108b .'In Synodo.' Hic titulus, etsi in textu et in margine legitur, falsus est; recte vero manu saec. XIV. verbo 'synodo' superscriptum est: 'anniversario summi pontificis.' Inc.: 'Si sacerdos. qui est unctus . . . Ecce nunc fratres annua dies agitur. in qua sacerdos ego indignus. unctus sum in episcopum.' etc Des.: 'sicut decet dei ministros. et domini sacerdotes. Adiuvante d. n. iesu christo. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. LIII, ubi recte inscribitur; 'In Anniversario Romani Pontificis'; [in edit. p. 184].

58, f. 112a 'In Anversario (sic) consecra.(tionis) romani pontificis.' Inc.: 'Quis putas est fidelis servus . . . Qualis debeat esse.' etc Des.: 'ad utilitatem tocius populi christiani. iesus christus d. n. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. LIV: [in edit. p. 187].

59, f. 115b .'Vt supra.' Inc.: 'Qui habet sponsam . . . Paranimphus ait ista de sponso.' etc Des.: 'ad nuptias introire. ipso prestante. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. LV; [in edit. p. 191].

60, f. 119a 'In Natali domini nostri Jesu christi.' Inc.: 'Puer natus est nobis . . . Sicut tres in christo substantias' etc Des.: 'propter pacem peccatoris. et pacem eternitatis. Ad quam . . . Amen.' In cod. Laur. nr. VIII; [in edit. p. 89].

61, f. 122a 'In Nativitate. s. Johannis baptiste.' Inc.: 'Elizabeth. uxor tua . . . quod legimus et intelligimus.' etc Des.: 'sonus epu.(lantis) Prestante . . . Amen.' In cod. Laur. nr. XXXV; [in edit. p. 128].

62, f. 123b 'In Natali. Apostolorum. petri. et pau.(li)' Inc.: 'Interrogabat iesus . . . Quia corde creditur ad iusticiam. ore autem confessio fit ad salutem. ideo dominus interrogat discipulos suos.' etc Des.: 'absolutos. ad regna celestia suis meritis introducat. prestante . . . amen.' In cod. Laur. nr. XXXVI; [in edit. p. 130].

63, f. 127b 'De. s. Laurentio ma.' Inc.: 'Facies craticulam . . . Tres craticulas legimus in scripturis.' etc Des.: 'sed in azimis sinceritatis. et veritatis. ipso concedente. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XLI; [in edit. p. 145].

64, f. 130a 'In nativitate Sancte Marie. virginis' Inc.: 'In oculis suis quasi hamo capiet vehemot. Verba que locutus sum vobis fratres karissimi.' etc Des.: 'et captivos eduxit d. n. iesus christus. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XLIV; [in edit. p. 153].

65, f. 131b 'In prima dominica de adventu domini.' Inc.: 'Cum venit plenitudo temporis . . . In propositis verbis apostoli.' etc Des.: 'et vitam nobis de sua vita restituit. sit ergo christo laus . . . Amen.' In cod. Laur. nr. I; [in edit. p. 3].

66, f. 135b 'In prima dom. de adventu domini.' Inc.: 'Ecce veniet propheta magnus . . Propheta magnus intelligitur christus.' etc Des.: 'ecce nova facio omnia.' In cod. Laur. nr. III; [in edit. p. 10].

67, f. 138b 'In Anniversario. Romani pontificis.' Inc.: 'Vos estis sal terre . . . ultra (sic) que falli non potest' etc. Des.: 'ad profectum universalis ecclesie. iesus christus d. n.' etc. In cod. Laur. nr. LVI, ubi pro verbo 'ultra' recte legitur 'Veritas'; [in edit. p. 195].

68, f. 141b 'In penthecoste.' Inc.: 'De Excelso misit deus ignem in ossibus meis. Verba sunt ecclesie per ieremiam prophetam loquentis in terrenis(?). excelsus autem est pater.' etc Des.: 'nos inhabitando perficiat. Qui cum patre' etc. (Confr. serm. 28.) Non extat in cod. Laur.

69, f. 144b 'In nat. s. Johannis baptiste.' Inc.: 'Inter natos mulierum . . Qui laudat et glorificat deum.' etc Des.: 'de gaudio sollempnitatis eterne. iesus christus d. n. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XXXIV; [in edit. p. 122].

70, f. 147a 'In nativitate Sancte Marie. virginis' Inc.: 'Que est ista que progreditur quasi aurora . . . Cum aurora sit finis noctis.' etc Des. (f. 149a lin. 3 sqq.): 'ut ei per filium mittat auxilium de sancto. ipso prestante. qui . . Amen.' In cod. Laur. nr. XLIII; [in edit. p. 151].

Codex noster ergo omnes codicis Laurent. sermones ordine saepe mutato continet, ad quos accedunt nostri: 2, 3, 10, 35, 36, 50—56, 68. Singuli, si serm. 12 et 38 excipias, titulis rubr. in textu nec non serm. 2, 14, 28, 30—37, 39—48, 51—66, 69 simul titulis nigr. in margine instructi sunt; tit. nigri ad primam manum, rubri ad aliam, ut videtur, coaevam pertinent. Omnium serm. praeter 15 priores verba prima et passim verbum ultimum litteris uncialibus scripta sunt; fol. 63b deest litt. initialis, reliquae col. rubro sunt exaratae.

Innocentius III. antea dictus Johannes Lotharius, Comes Signinus Anagninus, Papa 8. Jan. a. 1198, mortuus 16. Jul. a. 1216. F. Potthast, Regesta p. 1, 460 sq. De eius vita vide: Hurter, Gesch. P. Innocenz III. etc (Hambg. 1834—1842); Ciaconium, Vitae Pont. Rom. col. 631 sqq.; Gregorovius, Gesch. d. St. Rom. Bd. V, p. 7 sqq.; Reumont, Gesch. d. St. Rom Bd. II, p. 469 sqq.; de operibus: Fabricium, Bibl. med. lat. Edit Mansi Tom. IV, p. 34 sqq.; Cave, Hist. lit. Vol. II, p. 255 sqq.; Bellarminum, De scriptt. eccles. (operum Tom. VII, Venet. 1728) p. 411; Jöcher, Gelehrt.-Lexic. Th. II, col. 1888; Ceillier, Histoire générale des auteurs sacrés Tom. XXIII. (A Paris 1763) p. 449 sqq., qui omnes eius sermones de tempore et de sanctis commemorant, atque Cave, Bellarminus, Jöcher separatim sermones 4 de consecratione Pontificis et librum de eleemosyna.

2, f. 149a—f. 151b *De resolutione temporali et assumptione perenni virginis Mariae, sine titulo.*

Constat ex capp. 4, ritu lectionum liturgicarum divisis, quorum primum praefationem continens sic incip.: '[A]d inter-

rogata. (litt. uncial.) De virginis et matris domini resolutione. temporali. et assumptione perenni. quid intelligam responsurus. te deus omnipotens pater voto supplici exoro.' etc et desin.: 'cum quo est tibi regnum et imperium in omnia secula seculorum amen. Tu.' Secund. inc.: '[Q]uia profundissime et sua dignitate. altissime sum responsurus questioni.' etc Ultim. inc. (f. 151ª lin. 17): 'Maria ergo si communicat erupnis (leg. 'erumpnis') eve. non communicat parturiendo cum dolore.' etc, sed in fine f. 151ᵇ abrumpitur his verbis: 'qui in manibus. et pedibus clavorum. vulnera cognoscitis. Ipse ergo idemque celos' etc. Cetera desunt. In cod. Cremif. 105 f. 74ª—76ᵇ extat historia de assumpt. virg. Mariae ex Legenda aurea Jacobi de Voragine petita et in cod. 114 f. 90ª—91ᵇ Melitonis Episcopi Sardensis 'hystoria qualiter assumpta sit perpetua virgo Maria', quae tamen a praesenti differunt.

Fol. 152 scriptura vacat; sed f. 152ª marg. sup. manu posteriore, ut videtur, leguntur verba: 'Amen. dico vobis ubicunque Maria obtimam (leg. 'optimam') partem elegit que.'

Codicis folia passim, praecipue vero folior. 149—152 partes superiores, humore obfuscata sunt, quare aliquot verba legi nequeunt.

---

3. Codex chartaceus saec. XV. (f. 432ª—439ᵇ saec. XIV—XV.) Folior. 439. 4.° partim binis columnis scriptus.

Constat ex partibus quinque: 1, f. 1—160 (vetus foliorum numeratio habet 1—157); 2, f. 161—240 (antiquae numerationis 1—142); 3, f. 241—369 (1—127 numerat. veteris); 4, f. 370—431; 5, f. 432—439.

Sunt diversis manibus scriptae hae partes: 1, f. 2ᵇ—157ª, 161ª—219ª, 221ª—238ᵇ et, ut videtur, f. 1ᵇ—2ª, 157ª—160ª, 219ª—220ª, 238ᵇ—240ª, 370ª—372ᵇ; 2, f. 160ª; 3, f. 241ª—274ª; 4, f. 274ª—312ᵇ; 5, f. 313ª—367ª; 6, f. 2ª (lin. 5), 240ª (lin. 13), 367ᵇ—368ᵇ; 7, f. 372ᵇ—431ᵇ; 8, f. 432ª—439ᵇ.

Quae manu quarta (Oswaldi presbyteri in Chremsmünster) scripta sunt atque fere indubie tota pars III. (f. 241—369) ab origine Monasterii Cremifanensis fuerunt.

Fol. 1ª scriptura vacat; f. 1ᵇ—2ª habes manu, ut videtur, Johannis p. socii divinorum in puchel (cfr. f. 189ᵇ) partis I. indicem, cuius tamen lineae 5 ult. eadem manu scriptae sunt, qua tabula f. 367ᵇ—368ᵇ.

1, f. 2ᵇ—f. 25ᵃ *'Communia sanctorum bona.'* (rubr.)

Sunt sermones communes de sanctis 16, quorum serm. 2, 4—7, 10, 15, 16 titulis carent; in indice (f. 1ᵇ) legis: 'Primo De Apostolis De martiribus De confessoribus.' Primus incip.: 'Uos qui secuti estis me . . Beatus Petrus et alii apostoli. audientes dominum dicentem' etc Ultimus (f. 16ᵇ) inc.: 'Uigilate et orate omnes' etc (Lin. 4): 'Notandum quot vigilare debemus propter tres causas' etc. Inde a f. 17ᵇ secuntur sermones 5 et quidem: 'De adventu', (f. 19ᵃ) 'De resurreccione', (f. 21ᵇ) 'De uno martire,' (f. 23ᵃ) 'De Sancta katherina' (incip.: 'Nota legitur de sancta katherina. quod fuit filia costi regis unica' etc. Agitur de conversione S. Katharinae) et (f. 23ᵇ) 'De LXX.ᵃ' qui inc.: 'Circumdederunt me . . ab ista dominica usque ad dominicam. Invocavit sunt tres dominice' etc et des.: 'Et propter ista tunc cantatur hystoria de subversione sodomorum Rogemus.' De his duobus in indice legitur: 'Nota De sancta Katherina optimus' (i. e. sermo) et 'De Septuagessima Sermo optimus.' Praeter auctores biblicos citantur: Augustinus, Bernhardus, Gregorius, Chrysostomus (f. 4ᵇ), Rabanus (f. 24ᵇ).

2, f. 25ᵇ—f. 35ᵃ *Sermones 10 'De Assumpcione beate gloriose virginis Marie.'* (rubr.)

Serm. 6 et 7 verbo 'bonus' (in indice 'optimus') et serm. 10 verbo 'optimus' apposito insigniti sunt; inter serm. 9 et 10 (f. 33ᵃ) habes sermonem non nisi citatum. Primus inc.: 'Que est ista . . Hec verba conveniunt assumpcioni beate virginis Circa quam VI notantur' etc Ultim. inc.: 'Que est ista . . . Cant. Nota tria in aurora. Primo est inicium diei et finis noctis.' etc Des.: 'ut post hanc vitam ad vitam perveniamus eternam quod ipse' etc.

3, f. 35ᵃ—f. 39ᵃ *Sermones 5 'De nativitate virginis Marie.'* (rubr.)

Primus inc.: 'Dixit deus fiat lux . . Deus lucem fecit quando beatam virginem. a tenebris iudaice infidelitatis splendescere fecit' etc Ult. (f. 38ᵇ) inc.: 'Transite ad me omnes . . Transitum malum. fecit prima femina. in culpam' etc Des.: 'Insuper et manna. avertendo beatorum premia.'

4, f. 39ᵇ—f. 47ᵃ *Sermones 6 'In diebus rogacionum'* (rubr.) *et 'sermo de apostolis et communis.'* (rubr.)

Sermo 5 de rogat. verbo 'optimus' apposito insignitus est. Primus inc.: 'Petite Jo. ad impetranda salutaria IIIIᵒʳ oportet nos. considerare' etc Ultimus (f. 46ᵇ) inc.: 'Dixit iesus . . Vos estis lux mundi Et non dixit / vos estis lumina' etc Des.: 'quem iudei per solis obscuracionem. in cruce cognoscere noluerunt Rogemus ergo d.' et rubr. col. 'finis'.

Fol. 47ᵇ scriptura vacat.

5, f. 48ª—f. 96ª 'Incipit *hyemalis pars peregrini.*' (rubr.)

Continet sermones 27 et quidem singulos pro dominicis et festis de tempore ab adventu usque ad domin. in passione, (f. 87ᵇ) 'In cena domini,' (f. 89ª) 'Feria 2ª in pasca,' (f. 90ᵇ) 'Dominica' (IV. post pascha), (f. 92ᵇ) 'Dominia . . de peticione' (i. e. Dom. V. post pasch.) et (f. 94ᵇ) de oratione (in codice inscribitur 'Dominica'). Si serm. 5, 6, 8, 9, 27 excipias, omnium themata ex evangeliis petita sunt. Serm. I. inc.: 'Ecce rex tuus . . propheta In hiis consolatur verbis sanctos patres. qui diversis tribulacionibus afflicti fuerant ante adventum christi.' etc Des.: 'sagwine (leg. 'sanguine') suo fregit adamantem et delevit peccatum.' Ult. inc.: 'Sit autem omnis homo velox . . In hiis. verbis. beatus Jacobus ordinavit hominem. quoad deum.' etc Des.: 'volare ad deum faciat. illi duas alas scil. ieiunium et elemosinam. Oremus dominum.' Sequitur parvo spatio interiecto haec subscriptio: 'Explicit yemalis. pars. In die s. Barbare virginis et martiris.'

Fol. 96ª pars inferior et f. 96ᵇ scriptura carent.

6, f. 97ª—f. 138ᵇ 'Incipit *estivalis pars peregrini.*' (rubr.)

Continet sermones 25 eosque singulos pro domin. I—XXV. post trinit., quorum omnium themata ex evangeliis petita sunt. Sermo I. inc.: 'Fili recordare. quia recepisti bona . . Luc. XVI.° Dicit Beatus. Augustinus. quia multi timent mala et vilem. mortem.' etc Des.: 'sepelivit christus. in spelunca duplici i. e. inter angelos et sanctos. ad quem' etc Ultim. (f. 136ᵇ) inc.: 'Cum sublevasset oculos iesus etc Jo. VI° In multis locis legimus de sublevacione oculorum. christi' etc Des.: 'ut ab eo protecti veniamus ad montem dei oreb Quod prestare dignetur . . Amen.' Deinde parvo spatio intermisso hanc habes subscriptionem: 'Explicit peregrinus In die vel in vigilia. S. Thome.'

Auctor est Peregrinus Polonus, Silesius, Ord. Praedicat., circa a. 1322, de quo paucis agunt Quetif et Echard, Scriptt. Ord. Praed. Tom. I, p. 551 sq., Jöcher, Gelehrt.-Lexic. Th. III, col. 1379 et Fabricius, Bibl. med. lat. Edit. Mansi Tom. V, p. 226, qui eius sermones de temp. et de sanctis memorant. Hain, Repert. bibliogr. Vol. II, P. II, p. 56 sqq. nr. 12580—12586 recenset edit. 7, quae usque ad a. 1495 prodierunt, sed nulla earum ad manum est.

Peregrini serm. de temp. (parte hyem. et aestiv. in unum conflatis) extant in codd. Cremif. 6 nr. 1; 70 f. 78ª sqq. et 293 nr. 1, quorum tamen duo posteriores in sermonum numero et textu saepius differunt; serm. de sanctis habentur in cod. Cremif. 101 f. 51ª sqq. et anonymi in cod. 106 nr. 1. — Serm. de temp. et de Ss. quoque habes in codd. Pal. Vind.

3760 et 4014 nr. 2 (Tabb. codd. Vol. III, p. 80, 139) et in cod. Sangall. 1034 (St. Galler Hdschr.-Cat. p. 390); serm. de Ss. solum in cod. Pal. Vind. 1625 nr. 7 (Tabb. codd. Vol. I, p. 264), in codd. Florian. 274 nr. 1 et 286 (Czerny, Hdschr. p. 113, 120) et in cod. Sangall. 1017 (Catal. p. 387).

7, f. 138^{b}—f. 152^{b} 'Incipit *Evangelium Nychodemi Doctoris legis et prophete.*' (rubr.)

Incip. (f. 139^{a}): 'Factum est in anno IX^{o} decimo. Imperatoris Thyberii cesaris. imperatoris Romanorum et herodis filii herodis regis galilee anno IX^{o} decimo. principatus eius kalen. aprilis quod est XX^{us}VII^{us} die mensis Marcii consulatu Ruffini et uebonis (sic) in anno. CC.^{mo} secundo. Olympiadis sub principatu sacerdotum Iudeorum. Josephi et Cayphe et quanta. post crucem. et passionem domini. Hystoriacus (leg. 'hystoriatus') est. Nycodemus. acta a principibus sacerdotum. et reliquis iudeorum mandavit ipse. Nychodemus. literis hebraycis. Annas Cayphas. Somne Gamaliel Dathan. Judas levi Neptalim' etc. Dividitur in capp. 8, quorum ultimum (f. 150^{b}) inscriptum: 'Educcio sanctorum patrum De inferno' desin.: 'Et posuit omnia verba in codicibus publicis pretorii sui Et post hoc. ipse pylatus scripsit epistolam ad urbem Romam accusatum annuncians iesum. passum mortuum. et sepultum / ac in triduo resurrexisse / et per nequicia (sic) Iudeorum rursus vivere denegatum. Rogemus.'

Hoc evangelium apocryphum, quod vulgo tribuitur S. Nicodemo et lingua hebraica scriptum postea in graecam translatum esse dicitur, in aliis codd. mscr. 'Acta Pilati de passione et resurrect. J. Christi', in cod. Pal. Vind., de quo Denis, Codd. Theol. Vol. I, Cod. CLXIV. col. 453 sq., et in cod. Florian. 277 nr. 2 (Czerny, Hdschr. p. 114) ac in codd. Bern. 377 nr. 9 et 582 nr. 2 (Hagen, Cat. Cod. Bern. p. 355, 470) 'Gesta salvatoris' etc, in cod. Sangall. 1142 p. 659 sqq. (St. Gall. Hdschr.-Cat. p. 415) 'gesta de passione christi' etc, in cod. Pal. Vind. 1180 nr. 10, quem recenset Denis Vol. II, Cod. CCXCVI. col. 572 sq., 'passio domini secundum Nichodemum' inscribitur. De eo adi: Wetzer u. Welte, Kirch.-Lexic. Bd. I, p. 349 sub voce: 'Apokryphen-Literatur'; Cave Vol. I, p. 18; Oudinum Tom. I, col. 15 — variorum iudicia et censuras dedit Fabricius, Cod. Apocryph. Novi Testam. Tom. I. (Hamb. 1703) p. 214 sqq., summarium Rössler, Biblioth. d. Kirchenvät. Th. IV, p. 363 sq. Saepius typis editum est; Hain, Repert. bibliogr. Vol. II, P. I, p. 486 sq. praeter edit. Germanicam (nr. 11752) commemorat edit. tres Latinas (nr. 11749—11751), quae iam saec. XV. sine loc. a. et typ. nom. prodierunt. Mihi adjacent edit. duae Lat., una Orthodoxograph.

(Basileae 1555 2°) p. 9—24, altera apud Fabricium l. l. p. 238—298; utraque incipit a verbis: 'Annas enim et Caiphas' etc, quae codex lin. 11 exhibet, et verba in cod. praemissa ('Factum est' etc usque: 'literis hebraycis') paucis verbis mutatis ibi habentur ad calcem. In initio et fine (usque ad verba: 'in codicibus publicis pretorii sui') cum cod. 3 concordat cod. Cremif. 170 f. 236ª sqq., ubi tamen epistula Pilati ad Claudium ('Nuper accidit' etc) in cod. 3 seiuncta nullo spatio interiecto subiungitur; desunt vero et in cod. 3 (f. 142ª lin. 21) et in cod. 170 (f. 237ª col. 2 lin. 38) inter verba: 'testimonium non invenire', quae apud Fabric. paullo post cap. VII. initium p. 253 lin. 3 leguntur, et: 'Et alii quidam' etc (Fabric. in med. cap. VIII. p. 254 lin. 13) reliqua cap. VII. pars et cap. VIII. pars I. nec non in fine totum cap. XXVIII. (Fabric. p. 295 lin. 10 sqq.); Orthodoxograph. p. 12 lin. 44—p. 13 lin. 13 et p. 22 lin. 49 sqq. cum Fabricii edit. concordant. In reliquo quoque textu codd. nostri, si variantes minoris momenti excipias, inter se conveniunt, sed passim textum paullo breviorem, quam editiones, nec non multas lectiones variantes exhibent. Capp. divisio in cod. 170 prorsus deest; in cod. 3 non nisi initia capp. 4 et 8 respondent Fabric. capp. XIV. et XXIV., in ceteris differt divisio.

Idem initium quod nostri habent codd. duo Pal. Vind. et cod. Bern. 377 modo allati ac alius cod. Pal. Vind., cuius mentionem faciunt Denis Vol. II. Cod. LXXXIX. col. 138 et Phil. Jac. Lambacherus, Biblioth. antiqua Vindob. Civica (1750 4°) p. 26 sqq., item cod. Runens. 56 nr. 4 (confr. Weis, Hdschriftenverz. d. Stiftsbibl. zu Reun; Beiträge z. Kunde Steiermärk. Geschichtsquell. 12. Jahrg., 1875, p. 51); aliquot verba initio nostro praecedunt in codd. Florian. 277, Bern. 582 et Sangall. 1142 laudd. In duobus codd. Pal. Vind. (Denis Vol. II, col. 138, 572) et in cod. Sangall. 1142 item in fine adjecta est Pilati ad Claudium epistula, sed narratio, 'quomodo Tiberius aeger Christianus evadit', quae in codd. Vind. huic epistulae adnectitur, non legitur in codd. nostris.

In cod. Cremif. 311 f. 95ª sq. insertum est 'Evangelium Nicodemi', quod vero aliquibus locis mutatis et capp. divisione neglecta excerptum est ex Fabricii edit. capp. XII—XVIII, XXV. et XXVII. (p. 262—265).

8, f. 152ᵇ—f. 153ª 'Incipit *Epistola Pylati ad claudium regem de passione.*' (rubr.)

Incip.: 'Poncius pylatus Regi glaudio (sic) salutem. Nuper accidit eciam quod ipse probavit' (leg. 'probavi') etc Desin.: 'Omnia que gesta sunt. in pretorio meo de iesu christo.' Extant sub nomine Pilati epistulae duae apocryphae ad Im-

peratorem Claudium sive Tiberium de morte et resurrectione Jesu Christi. Confr. Wetzer u. Welte, Kirch.-Lex. I, p. 349 sq. et praecipue Fabricium, Cod. Apocryph. N. Test. Tom. I, ubi praesens epist. p. 298*—300, altera (incip.: 'De Jesu Christo' etc) p. 300*—301 edita est. Prior quoque legitur Orthodoxograph. p. 2 sq. et in quadam collectione, quae opuscula similis argumenti continet, 'Viennae Pannoniae in . . officina Hieron. Philouallis: et Joan. Singrenii . . expressa' (a. 1511) 4° fol. 20.^{ab} Eandem epist. habes in codd. Cremif. 49 f. 180^{b} col. 2 sq. et 170 f. 241^{b} col. 2 lin. 34 sqq. (ad calcem evangelii Nicodemi). Codd. nostrorum lectio inter se paullum differt, sed a Fabricii textu haud raro, ab Orthodoxograph. multum discrepat; codd. 3 et 49 calami menda haud pauca exhibent. — De aliis codd. mscr. vide: Bandini, Catal. codd. Bibl. Laurent. Tom. V, col. 644; Tabb. codd. Bibl. Pal. Vind. Vol. I, p. 357, II, p. 374, III, p. 542; Hagen, Catal. codd. Bern. p. 612 in indice.

9, f. 153^{a}—f. 157^{a} *Sermones 5 'De Epyphania domini.'* (rubr.)

Sermo 3 (f. 154^{b}) in indice (f. 1^{b}) verbo 'optimus' apposito insignitus est. Primus inc.: 'Erant Maria et Joseph mirantes . . Luc. Nota de miraculis de tribus regibus. De stella Et de uno cui uxor hora nativitatis genuit puerum qui prophetavit' etc Ultimus (f. 156^{a}) inc.: 'Vbi est qui natus est . . Mat. VI Nota textum huius evangelii In quo quatuor nomina dei inveniuntur.' etc Des.: 'Augustinus visio est tota merces.'

Nr. 1—9 manu minus diligenti Johannis p. socii divin. in puchel (cfr. f. 189^{b}) scripti sunt; praeter titulos rubr. in textu marginibus plerumque tit. nigri nec non passim fontes et argumenta brevissima haud raro linea rubra distincta ascripta sunt.

10, f. 157^{ab} (eadem manu, ut videtur) *'In anuncciacione Marie.'* (rubr.)

Agitur praecipue de capella, quam Imperatrix Helena in urbe Nazareth loco annuntiationis Mariae aedificandam curavit. Inc.: 'Ceterum posquam (sic) hee ecclesie itaque essent complete Helena se transtulit in Nazareth.' etc Des.: 'in illis partibus est securus.'

11, f. 158^{a} (eadem manu) *Nota de adoratione trium regum in Bethlehem, sine titulo.* In indice (f. 1^{b}) habes: 'quomodo Magi in Bethlehem venerunt.'

Inc. 'Ipso die quo itaque. tres reges. dominum in betlehem quesierunt' etc. F. 158^{a} pars inferior vacat.

12, f. 158^{b}—f. 160^{a} (eadem manu) *Pronuntiamentum sanctissimae septimanae, sine titulo.* In indice legitur: 'Quod christus in sancta ebdomada habuerit omni die speciale nomen.'

F. 158b marg. sup. habes haec.: 'Se ipsum et sua non minus ac vinculum vere dileccionis.' Inc.: '[A]d pronunccia-mentum future sanctissime septimane est Notandum quod sicut dixi in prefacione ewangelii hodierni' etc Des. (f. 160a lin. 12 sq.): 'ut digni efficiamur. eterna redempcione. prestante domino.'

13, f. 160a (alia manu) *Forma baptismi, formae duae absolutionis et forma extremae unctionis, sine titulis.*

Prima inc.: 'Nota forma sacramenti baptismi hec est Ego baptiso te' etc Ultima inc.: 'Nota forma extreme unccionis est illa Per istam unccionem' etc.

Fol. 160b scriptura vacat. Inter f. 160 et 161 parva lacinia membranacea ad quendam tractatum grammaticalem saec. XIV. ut videtur, pertinens conspicitur.

14, f. 161a — f. 189b *Bartholomaei sermones de tempore, sine titulo.*

Continet sermones breves 67 et quidem singulos de domin. 1—3. adventus, 'De nativitate domini', 'De s. Stheffano', 'De s. Johanne', 'De innoc.', 'In circumcisione domini', 'De epiphania domini', de dom. 1—3. post epiph., duos de dom. in septuagesima (prior f. 166a falso inscriptus est: 'Do. IIII.'), singulos de dom. in sexages. (falso f. 167a inscribitur: 'Dom. in Lma'), 'De conversione. s. pauli', 'De purificacione b. v.', 'De ieiunio XLmali', 'De confessione', 'De penitencia', 'De conversione', 'De contricione', 'De oracione', 'De anuncciacione', de dom. 1. et 2. in quadrages., duos de dom. 3. in quadrag. (alter f. 171b falso inscriptus est: 'De epistola in dom. 4.') et singulos de 'Dominica 4.', 'in passione', 'In palmis', 'De corpore christi', 'In parasceve', 'De absconsione crucifixi in XLma', 'De resurreccione domini', 'dom. in octava', de dom. 2—5. post pascha, 'In diebus rogacionum', 'De ascensione domini', 'dom. post asscen.', 'De sancto spiritu', de dom. 1—17. post trinit., dom. 19—22. (in cod. inscripti sunt: Dom. 18—21.), dom. 24. et 'Dominica ultima.' Sermo dom. 24. anepigraphus est, sermones 30, 31, 36, 43, 45 non nisi tit. nigris in margine, ceteri tit. rubris in textu et saepius simul in margine instructi sunt; 'De s. Johanne Sermo' verbo 'bonus' apposito insignitus est. Serm. 1, 5, 6, 19—21, 28, 29, 39, 43, 47, 48 themata ex epistulis, reliquorum omnium, si serm. 14, 22, 33, 34, 44 excipias, ex evangeliis petita sunt. Sermo I. incip.: 'Hora est iam . . In hiis verbis monet nos fidelis nunccius futuri videl. Paulus qui sitis (sic; leg. 'scit') salutem hominum' etc Desin.: 'vnde ysa. Querite dominum dum inve (niri) potest.' Serm. ult. inc.: 'Est puer unus hic . . Johannes Cum christus semel in solitudine ambularet sequebatur eum

magna turba' etc Des.: 'Ecce quintus panis et sic salvata est Rogemus ergo dominum.'

'Explicit Bartholomeus per manus Johanni (sic) p. pro nunc socius (sic) divinorum in puchel Anno domini M° CCCC° XVI.' Deinde leguntur verba haec:

'Plange iusticiam quam dereliquisti / Plange celum quam (sic) amisisti / Plange infernum quod meruisti Plange propriam conscienciam quam deoffedasti.' (sic) Citantur praecipue auctores: Augustinus, Bernhardus, Gregorius, Chrysostomus, Hieronymus.

Bartholomaei serm. de tempore quoque extant in codd. Cremif. 23 f. 338 sqq., 26 f. 71ª sqq. nec non anonymi in codd. 101 f. 2ª sqq. et partim 97 f. 162ª sqq., f. 169ª sqq., qui omnes in sermonum numero passim differunt. De sermonum auctore, qui teste cod. nostro 101 saec. XIV. scripto saltem saec. XIV. vixit, ex Fabricio, Cave, Oudino, Trithemio, Gesnero, Possevino, Joecher, Bellarmino aliisque rei litterariae scriptoribus nihil cognovi.

15, f. 189ᵇ—f. 190ª *Notae duae: 'De verbo dei' et 'De virtute sacrorum verborum in canone positorum.'* (rubr.)

Prior inc.: 'Quintuplicem virtutem habet verbum dei Primo hominem beatificat ut lucem' etc, altera inc.: 'Verba que dicuntur in canone multiplicem habent vim' etc. Sequitur spatium vacuum aliquot linearum.

16, f. 190ᵇ—f. 196ᵇ *'De septem sacramentis ecclesie.'* (rubr.)

Praemissae sunt definitiones quaedam ad matrimonium pertinentes hoc initio: 'Sicut perveniamus ad nomina cognatorum et agnatorum cognati sunt omnes' etc, tum lin. 22 a verbis: 'v(ersus) Percuciens clerum roma petat excipiuntur.' etc leguntur notae de excommunicatione et f. 191ª in med. lin. 30 haec: 'Item sciendum quod VII sunt sacramenta scil. baptismus' etc ac in marg. litt. rubr.: 'De baptismo.' Hoc caput et tria seqq. his tit. inscripta: f. 192ª 'De confirmacione', f. 193ª 'De penitencia' et f. 194ª 'De extrema unccione' maximam partem breves notas quaestionesque continent; f. 194ª lin. 19 a verbis: 'Nota quod unusquisque singulis dominicis diebus debet venire ad parrochialem ecclesiam' etc secuntur canones quidam ecclesiastici, in quibus praecipue tractatur de ecclesia, 'De baptismo parvulorum', 'De matrimonio', de decimis, de usura, de iudeis etc, denique f. 196ª lin. 9 nullo spatio interiecto agitur 'De forma agende inquisicionis' (i. e. de iudicio ultimo), quae desin.: 'ideo sufficit quod homo peccat pro se.' Tractatum ergo rectius dixeris collectanea theologica, quae ad usum practicum congesta videntur.

17, f. 196ᵇ—f. 199ª *Legenda 'De s. Leonhardo.'* (rubr.)

Inc.: 'Leonhardus fuisse dicitur circa annum domini. D. Hic a sancto remigio remensi archiepiscopo de sacro fonte levatus' etc F. 198b lin. 13 sq.: 'et per medium illorum deducens omnes stupore perterruit.' (?) et lin. 15 sq.: 'Fuit et alius leonhardus eiusdem professionis et virtutis cuius corpus ad corbiatum (sic) requiescit' etc Des.: 'in crastinum se finiendum predixit circa annos domini DLXX.' Sunt ergo rectius legendae duae, fusior S. Leonardi Lemovicensis (6. Novembr.), brevior S. Leonardi Corbiniaci dioec., de quo confr. Dyckii commentarium praev. ad eius vitam inter Acta Ss. Bolland. 15. Oct. Tom. VII, P. I, p. 45 sqq. Utraque petita est ex Jacobi de Voragine Historia Lombard. sive Legenda Aurea, (quae extat in cod. Cremif. 288) efficitque ex. gr. in edit. Argentin. 1483 in 2° cap. CL. (f. 195a—196a), quocum codex paucis variantibus exceptis concordat. Eandem excerptam habes in cod. Cremif. 101 f. 46a b tit.: 'De s. Leonhardo sermo.' De auctore, qui fuit Ord. Praedicat., Episcopus Januensis obiitque a. 1298, vide cod. Cremif. 64.

Inter f. 198 et 199 unum fol. exsectum est, sed nullus adest defectus.

18, f. 199a—f. 201b *'De sancto Cristofforo martire legenda.'* (rubr.)

Inc.: 'Christofforus genere cathaneus procerissime stature. vultusque terribilis. erat' etc Des.: 'atque ut morbos et infirmitates repellat supplicanter optinuit Rogemus ergo d.' Legend. ista item ex Histor. Lombard. deprompta in edit. modo cit. efficit cap. XCV. (f. 126a—127a), a quo cod. paullum differt. Eadem cum aliis legend. extat in cod. Cremif. 183 nr. 4 f. 133b col. 1 sqq., diversa vero 'passio S. Christoph.' etc in cod. Cremif. 7 nr. 10.

19, f. 201b—f. 210a *Sermo 'De dedicacione ecclesie et de quadruplici domo scil. virginali Materiali Spirituali et eternali.'* (rubr.) Hunc tit. habes marg. super.; in indice (f. 239b) verbo 'optimus' apposito insignitus est.

Inc.: 'Movebo celum pariter et terram . . . Agey I°. Super ista verba dicit quedam glosa quod dominus movebit celum et terram mirabiliter' etc Dividitur in partes IV. Des.: 'et ibi erunt omnes reges et regine in gaudio seculorum per infinia (sic) amen.' Calami menda haud raro occurrunt. Idem sermo identidem in codd. Cremif. legitur et quidem in sermon. collectionibus codd. 106 f. 119a sqq., 162 f. 201a sqq., 178 f. 121a sqq., 286 f. 9a sqq. et paucis mutatis 283 f. 1a sqq.

20, f. 210b—f. 213b *Legenda 'De sancto Erasmo.'* (rubr.)

Inc.: 'Facta est persecucio christianorum a dyocleciano Imperatore. ut si quis inventus fuisset non sacrificare diis' etc Des.: 'et cum illis. penetrabat celum IIIIto nonarum Junii.

regnante domino nostro. iesu christo cui est honor . . Amen.' Multis calami mendis scatet. Haec acta S. Erasmi Antiochiae episcopi, quae item extant in codd. Cremif. 7 nr. 15, 268 f. 318[b] sqq. et 318 nr. 2, suspecta sunt (confr. Papebrochii eorum censuram in AA. SS. Bolland. 2. Jun. Tom. I, p. 217 sqq.); edita vero sunt in append. Historiae Lombard., edit. cit. cap. CXCVI. (f. 260[a]—262[a]) et denuo 'ex 7 antiq. codd. Mss., Gelasio II Papa, et Mombritio' in AA. SS. l. l. p. 213—217. Codd. nostri 3, 268 et 318 in fine paullum discedunt ab edit. poster., sed paucis mutatis concordant cum edit. priore, cuius tamen lineae 11 ultim. desunt codici 268; lectio eorum, praecipue cod. 268, multum differt ab edit. Cod. 7 in fine concordat cum edit. poster. et non nisi lect. variantes minoris momenti exhibet; hi codd. omnes capp. distinctione carent. Eadem habetur in cod. Bern. 24 nr. 54 (Hagen, Catal. p. 18).

21, f. 213[b] *'Miraculum de s. Andrea.'* Hunc tit. habet index (f. 240[a]).

Inc.: 'Quidam episcopus erat valde bonus et rectus in via sua' etc Des.: 'Peregrinus fuit b. Andreas apostolus quem dilexit Episcopus Rogemus sanctum Andream.' Aliquot verba Germanica inmixta sunt. Aliis et multo fusioribus verbis hoc mirac. legitur in Histor. Lombard. circa finem legendae de S. Andrea, edit. l. cap. II. (f. 18[b] sq.).

22, f. 214[a] *Nomina librorum Vet. Testam., Latine et Germanice; sine titulo.* In indice (f. 240[a]) legitur: 'Exposicio librorum vet. testamenti per verba vulgaria.'

Inc.: 'Gen(esis) Das puch Genes. daz haist daz puch d' geschept' etc. Nomina Latina marg. sinist. ascripta sunt.

23, f. 214[a]—f. 215[a] *Miraculum de corpore christi, sine titulo.* Index (f. 239[b]) haec habet: 'De corpore christi quando Iudeus est communicatus cum christianis in die pasche' (rectius: in coena domini).

Inc.: 'In civitate coloniensi quidam erat iudeus qui semper cum christianis de fide solebat contendere.' etc Des.: 'qui condita cuncta tuetur. cui honor est et gloria . . Amen.' Idem mirac. non spectatis minutiis variantibus legitur in cod. Cremif. 280 f. 164[b] sqq., in quo tamen desunt lin. 10 ult. codicis 3.

24, f. 215[b]—f. 219[a] *Sermones 3: 'De assumpcione b. v. mariae', 'Sermo In die parascheves bona'* (sic) *et 'Sermo pro pluvia vel in diebus Rogacionum.'* (rubr.)

Primus inc.: 'Que est ista que ascendit . . Istam questionem fecerunt angeli et amirabantur de tam glorioso. ascensu' etc. F. 216[a] circa finem sequitur fragmentum non nisi lin. 7 occu-

pans, sed inscriptum: 'sermo de omnibus sanctis' (rubr.) Secundus (f. 216^{b}) inc.: 'Respice in faciem christi tui etc. psa. karissimi hec dies quem (sic) pre oculis (?) habemus permixta est. cum amore et molestia' etc. Quae in hoc serm. a verbis: 'Conswetudo est. quando pauperes et mendici' etc (lin. 12) usque: 'Plorans ploravi in nocte.' (f. 218^{a} lin. 27) leguntur, iterum habes paucis mutatis in sermon. collectione, quam infra nr. 41 recensui, et quidem ab initio serm. 89 f. 358^{a} col. 2—f. 359^{b} col. 1 lin. 22, et in cod. Cremif. 6 f. 59^{a} sqq. nec non in 'Sumula sermonum . . Aurea lingua' cod. Cremif. 23 nr. 1 ab init. serm. 70 f. 86^{a}—f. 87^{b} lin. 17; textus residuus, qui in cod. 3 multo brevior est, differt. Ultim. (f. 218^{b}) inc.: 'Non nobis domine . . psa. Hoc humile verbum debemus cum propheta omnes domino dicere' etc et des.: 'sangwis preponderat peccata nostra et nos dignos faciat Qui . . vivit.'

Nr. 14—24 item manu Johannis p. soc. div. in puchel (cfr. f. 189^{b}) scripti sunt; f. 197^{a}—199^{a} lin. 4 fortasse ad aliam manum pertinent. Marginibus passim fontes et argumenta breviss. ascripta sunt.

25, f. 219^{ab} (ead. manu, ut videtur) *'De hystoriis inponendis post penthecosten.'* (intellige: in Breviario.)

Inc.: 'Nota hystoria libri Regum inponatur. in octava. pentecostes.' etc Des.: 'Aspiciens. Dominica post Andree.'

26, f. 220^{a} (ead. manu) *Brevis nota de tribus Herodibus, sine titulo.*

Inc.: 'Primus dictus est Herodes Ascolonita.' etc. In fine habes hos versus memoriales: 'Ascolonita neccat pueros Antipa Johannem Agrippa Jacobum claudens in carcere Petrum.' Reliqua f. 220^{a} pars et integr. f. 220^{b} vacant.

27, f. 221^{a}—f. 238^{b} (manu Joh. p. soc. div. in puchel) *'Aurea ligwa.'* (sic) (rubr.)

Est collectio sermonum 14 legendis aliquot insertis, quam usque ad f. 238^{b} pertinere puto, etsi in tabula (f. 239^{b}) non nisi de primo legitur: 'Sermo de aurea lingua.' Sermo I. de adventu inc.: 'Cum propter primorum parentum inobedienciam olym plus quam quinque milia annorum mortis sentenciam genus humanum subcubuisset' etc Des.: 'Iam sana facta es. noli amplius Vnde Rogemus.' Fol. 222^{a}—227^{a} continent de adventu (anepigraph.), de resurrectione domini (anepigr.), 'De anuncciacione Marie', 'De S. cruce', 'De animabus' serm. singulos et duos 'de confessione' (in tabula f. 240^{a} serm. de resurr. et duo seqq. verbo 'optimus', tres ultimi verbo 'bonus' apposito insigniti sunt).

Fol. 227^{a}—228^{a} inserta est legenda 'De S. Barbara', quae inc.: 'Erat in regione origentali (sic) quedam que vocatur

civitas. solis quidam satrapas nomine Dyoscorus.' et des.: 'Passa est autem b. Bar. sub Imperatore maximiano rengnante (sic) autem domino. nostro iesu christo etc amen.' Eand. legend., sed verbis multo fusioribus, habes in append. Histor. Lomb., edit. cit. cap. CXCVI. (f. 264ª sqq.); 'Historia de S. Barb.' in cod. Cremif. 71 f. 49ª sqq. differt.

Sequitur (f. 228ª) sermo 'De ascensione domini' et (f. 229ª) brevis nota, quae inscribitur in marg.: 'De sancto Mich(aele)' et in textu: 'Nota numerum demonum qui ceciderunt de celo.'

Fol. 229ª—233ᵇ habetur 'Passio Geori' (sic) hoc initio: 'Tempore illo dacianus rex qui erat persecutor christianorum. posuit tribunal suum. et sedit super illud' etc et fine: 'et sanabantur a langworibus eorum et credebant in dominum. iesum. christum. cui est honor . . Amen.' Ordo fol. 230—232 hic debet esse: fol. 230ª, 231ᵇ, 230ᵇ, 231ª, 232ª etc. Haec pass., si rem, non verba spectes, a pass. apocrypha, quae extat in cod. Cremif. 34 nr. 10, paullum differt, sed textum saepe breviorem exhibet multisque calami mendis foedata est.

Secuntur sermones: (f. 233ᵇ) 'De animabus', (f. 234ª) 'De nativitate' domini, (f. 235ᵇ, f. 236ᵇ) duo 'De S. Nycolao', tum (f. 237ᵇ) miraculum 'De S. Nycolao' incip.: 'Legimus eciam de bonitate ipsius. Contigit quendam mercatorem valde divitem.' etc, quod aliis verbis legitur in Hist. Lomb., edit. l. cap. III. med. (f. 20ᵇ col 2 lin. 9 sqq.), denique (ead. pag.) sermo 'De epyphania', qui inc.: 'Cum natus esset dominus . . apparuit quedam stellam (sic). in caldea. et erat nobilior aliis stelliis' (sic) etc et des.: 'quo certe ad littus regni celorum Quod nobis dignetur.' Tituli primo excepto bis (litt. rubr. in textu et nigris in marg.) adsunt. Citantur: Damascenus, Origenes, Hieronymus, Isidorus, Gregorius, Basilius, Beda, Chrysostomus, Hugo de sancto Victore, evangelium Nichodemum, Rabi moyses et praecipue Augustinus et Bernhardus. Sermones 3, qui habentur f. 233ᵇ, 234ª et 237ᵇ, iterum legis in multo ampliore collectione 'Aurea lingua' cod. Cremif. 23 nr. 1, quam modo nr. 24 memoravi, et quidem f. 160ᵇ (serm. 165) f. 4ª (serm. 4) et f. 40ᵇ (serm. 31), nec non mirac. de S. Nycol. ibid. f. 176ᵇ lin. 9 sqq. (ad calcem serm. 182); in ceteris sermonibus et legendis codd. 3 et 23 differunt. De auctore apud rei litter. scriptores supra nr. 14 laudd. nihil reperi.

28, f. 238ᵇ—f. 239ᵇ (ead. manu, ut videtur) 'Nota *Legenda De sancto Erhardo.*' (rubr.)

Inc.: 'Beatus Erh. genere Scotus fuit. qui gloria fortis potest interpretari. a puericia sua studio intendebat' etc Des.: 'Sicque pro sibi commissis orando obtinuit quod optavit.'

Sequitur 'Collecta de S. Erhardo.' Ista leg. S. Erardi sive Erhardi episcopi Ratisponensis (saec. VIII.) minus accurate excerpta est ex eius 'Vita auctore Paullo, vel Paululo' multo longiore edita inter Acta Ss. Bolland. 8. Jan. Tom. I, p. 535 sqq.

Fol. 239^{b}—240^{a} (ead. manu, si lin. 13 ult. excipias, quippe quae scriptae sunt ead. manu, qua tabula f. 367^{b} sqq.) legitur 'Tabula' fol. 189^{b}—239^{b}. F. 240^{b} scriptura vacat; post f. 240 duo (vel tria) folia exsecta sunt, sed adest alia lacinia membran. eiusd. tract., quem supra ad f. 160 commemoravi.

29, f. 241^{a}—f. 298^{b} col. 2 (duabus manibus et iis aliis, quam praecedentia; manus altera, quae est Oswaldi presb. in Chremsm. incip. a fol. 274^{a} col. 1 lin. 3: binis columnis) *'Liber dictus Greculus de Sanctis.'* Hunc tit. habes in fine.

Sunt sermones de Sanctis, de aliquot festis Domini et B. Mariae Virg. per circulum anni, numero 93. Serm. quaterni 'In Ephyphania' (sic) et 'De dedicacione', terni 'De Circumcisione', 'In purificacione b. Marie', 'In Anunciacione Marie', 'Margarete virg.', 'De s. laurencio martire', 'In assumpcione Marie', 'De s. Bartholomeo', 'De s. Matheo apostolo' et 'De angelis', singuli 'De s. Nycolao', 'De s. paulo', 'De. s. agatha virgine', 'Gregorii', 'De. s. Georio', 'De letania maiori et de. s. Marco', 'Phylippi et Jacobi', 'De s. vito', 'In exaltacione s. crucis', 'Luce Ewangeliste', 'Cecilie virginis' et 'De s. Clemente', pro reliquis festis bini adsunt. Serm. 10, 37, 52 et 84 anepigraphi sunt, ceteri omnes tit. rubris passim tamen in marg. positis instructi sunt. Sermo I. 'De sancto andrea' inc.: 'Uenite post me . . homines errantes. multum gaudent ad aspectum luminis / et ad vocem clamoris et libenter illuc properant' etc et des.: 'biduo vivens pendebat populum docens de cruce.' Inter f. 245 et 246 fol. unum exsectum est, sed nullus adest defectus. Ultimus 'IIII^{9} sermo / de dedicacione' inc.: 'In ea omnis qui petit.. Apoc / Nota quod salomon celebravit dedicacionem templi octo diebus' etc et des.: 'filium vidue in porta et lazarum in monumento / Deo gracias.' Sequitur subscriptio litt. rubr.:

'Explicit liber dictus Greculus de sanctis completus. per Oswaldum presbiterum In Chremsmuster.' (sic). Praeter libros biblicos laudantur: Bernhardus, Gregorius, Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, Remigius, 'Petrus Ravennensis' (f. 251^{b}, 252^{b}), Haymo (f. 250^{b}), Glosa, alii; nomina passim linea rubr. distincta, passim litt. rubr. marginibus ascripta sunt. Oswaldi manu in ea huius collect. parte, quae manu priore minus diligenter scripta est, quaedam et in margine et inter lineas correcta sunt. De hoc Oswaldo Marian. Pach-

mayr, Hist.-chronol. Series Abb. et Religios. Monast. Cremif. nihil habet, nisi forte 'Oswaldus, prior anno 1453', cuius p. 220 inter Religios. sub Hermanno II. Abbate (1405—1419) mentionem inicit, unus idemque est.

'Opus greculi de Sanctis per circ. anni' quoque extat in cod. Florian. 289 saec. XIV. diverso tamen initio (cfr. Czerny, Hdschr. p. 121), 'Greculus . . super evangelia' sive de tempore in codd. Cremif. 186 nr. 1 et Florian. 342 (Czerny, p. 139), utrumque opus in cod. Pal. Vind. 1645 nr. 1 (Tabb. codd. Vol. I, p. 268). De auctore rei litterar. scriptores prorsus silent.

30, f. 299^{a}—f. 299^{b} col. 2 *Sermo 'In dedicacione.'* (rubr.)

Inc.: 'Domus mea . . Quandocunque dominus ierusalem ibat / statim ad templum properabat' etc Des.: 'et cum ille fecisset sanatus est / Quod ipse' etc. Idem serm. legitur in cod. Cremif. 162 f. 193$^{a\,b}$, sed textu passim breviore.

31, f. 299^{b}—f. 301^{b} col. 1 *'Legenda vel passio beate Dorothee virginis et martiris christi.'* (rubr.)

Inc.: 'Gloriosa virgo et martir christi. Dorothea / ex patre Dorotheo / et matre theodora progenita est' etc. Ab initio usque ad verba: 'super omnes puellas regionis' (f. 300^{a} col. 1 lin. 4) concordat cum leg. suspecta (cfr. cod. Cremif. 84 f. 92^{b} sqq.), quae legitur in append. Hist. Lomb., edit. cit. cap. CCVII. (f. 269^{b} sq.), in reliquo textu vero, si rem, non verba spectes, ab actis, quae 'ex 3 MSS. codd.' edita sunt inter Acta Ss. Bolland. 6. Febr. Tom. I, p. 773 sqq., paullum differt. Des. (f. 301^{a} col. 1 lin. 42 sq.): 'ad dominum feliciter migravit. VIII. ydus Februarii' / Ead. lin. subiuncta est passio S. Theophili scholastici hoc init.: 'Theophilus itaque advocatus presidis promissionem beate dorothee sociis suis referebat' etc et fine: 'gaudens dominumque benedicens coronam glorie est adeptus / Amen.', quae textum Historia Lomb. longiorem, sed Actis Ss. breviorem exhibet. Utraque leg. extat in cod. Cremif. 81 f. 165^{a} sqq., in quo prior quidem non spectatis variantibus multis consentit cum Actis Ss. laudd. (etiam ab initio), posterior vero passim brevior est. Codicis 81 lectio multum a cod. 3 discedit; uterque codex capp. divisione caret. Idem initium quod noster cod. 3 habet cod. Pal. Vind. 4066 nr. 1 (Tabb. codd. Vol. III, p. 153).

32, f. 301^{b} col. 2—f. 302^{a} col. 1 *'Hee sunt raciones quare beata semper virgo Maria. corpore et anima exaltata sit in celum.'* (rubr.)

Inc.: 'Quod beata virgo assumpta est corpore et anima. Prima est racio / quia si corpus beate Marie. non esset assumptum' etc. Ratio XII. sive ultima des.: 'tu et archa sanctificacionis tue.'

33, f. 302[a] col. 1—f. 306[b] col. 1 *Sermones 5: 'Sermo bonus De assumpcione gloriose virginis Marie.', 'De dedicacione ecclesie', 'Johannis baptiste', duo 'De sancta Margareta.'* (rubr.)
Primus incip.: 'Multe filie congregaverunt .. Prover. ultimo / verbum istud sic poni potest de beata virgine' etc Ultimus incip.: 'Audi filia et vide .. verbum propositum dici potest de beata Margareta' etc et desin.: 'deum glorificavit in omnibus tribulacionibus suis.'

34, f. 306[b] col. 1—2 *'Super pater noster.'* (rubr.)
Est brevis paraphrasis orationis Dominicae et salutationis angelicae; in tabula (f. 368[a] col. 1) legis: 'Clausula super pater noster' et 'Clausula super ave maria.' Prior inc.: 'Pater noster / Excellens in creacione / Suavis in amore / Dives in hereditate' etc, altera inc.: 'Ave maria / porta paradisi / stella mundi / Destructrix inferni' etc. Prior quoque extat nonnullis mutatis in cod. Cremif. 26 nr. 6.

35, f. 306[b] col. 2 *Versus memoriales, quando Credo canendum sit in missa, sine titulo.*
Incip.: 'Crux et virgo suis festis et apostoli omnes / Credo canunt' etc.

36, ead. col. *'De satisfaccione coniugatorum.'* (rubr.)
Sunt canones breves poenitentiales 9 de peccatis coniugatorum. Inc.: 'Concubuisti cum uxore tua . . . V. dies in pane et aqua peniteas' etc. Canones similis argumenti habes in cod. Cremif. 8 nr. 2.

37, f. 306[b] col. 2—f. 309[a] col. 1 *'Sermones De novo sacerdote.'* (rubr.) *numero 4.*
Primus inc.: 'Ponam te sicut signaculum . . Hec verba scripta sunt / ysa. XLIX° / ad eius et nostram reformacionem' etc Ultimus inc.: 'Uos estis genus electum . . Dicit Apostolus. Et licet omnes nos invicem honorare debeamus' etc et des.: 'quia mundaverunt sancta. Deo gracias.'

38, f. 309[a] col. 1—f. 310[a] col. 2 *Sermones 2 'De Assumpcione virg. Marie.'* (rubr.)
Prior inc.: 'Hodie assumpta est . . virgo Maria . . Nota quod beata virgo maria / honoranda est. propter. quinque.' etc Alter inc.: 'Sicut qui thesaurizat . . Hoc verbum hodie impletum est in christo / et in gloriosa matre sua' etc Des.: 'miraculum quod tibi videtur esse conveniens.'
Fol. 310[b] scriptura vacat.

39, f. 311[a]—f. 312[a] col. 2 *'Miraculum de S. ely.(zabeth).'* Hic tit. manu prima, ut videtur, scriptus, etsi et in tabula (f. 368[a]) legitur, minus quadrat, sed est legenda S. Elisabeth de Marburg, filiae Andreae Hungariae regis et Ludovici Pii landgravii Hassiae uxoris († 1231).

Inc.: 'Beata Elyzabeth langravia duringie filia regis vngarie ab adolescencia sua religioni studuit' etc. Des. (f. 312[a] col. 2): 'Item detracciones et pressuras libenter sustineo.' Ead. col. sequitur 'Miraculum' (rubr.), quod inc.: 'Nobilis quedam domina. venit visitare beatam elyzabeth.' etc. Aliis et multo fusioribus verbis legenda habetur in Hist. Lomb., edit. cit. cap. CLXIII. (f. 213[a] sqq.) nec non mutatis verbis mirac. ibid. (f. 215[b] col. 1 lin. 32 sqq.). In cod. Cremif. 187 f. 299[b] col. 2 sqq. inserta est 'Legenda s. Elizabeth ducisse' a praesente diversa, in cod. Cremif. extat vita S. Elisab. auctore Dietrico sive Theodorico Ord. Praed. multo longior.

40, f. 312[b] col. 1—2 *Sermo 'De sanctis apostolis pe. et paulo.'* (rubr.)

Inc.: 'Laudemus viros gloriosos. In hiis verbis conmendantur apostoli. scil. petrus et paulus a tribus.' etc. Des. (col. 2 lin. 6): 'inveniet vitam eternam. Rogemus.' Reliqua col. 2 pars vacat.

Nr. 30—40 item manu Oswaldi presb. in Chremsmunster (cfr. f. 298[b]), binis columnis scripti sunt.

41, f. 313[a]—f. 362[a] col. 1 (alia manu; binis columnis) *Sermones de Sanctis, de festis Domini et B. Mariae virg. per circulum anni, item sermones communes de Sanctis, plures quadragesimales etc, sine titulo.*

Sunt sermones 89, qui eodem ordine collocati in cod. Cremif. 106 nr. 5 efficiunt serm. 1—38, 40—90. Si ergo serm. iam supra nr. 19 allatum, qui sermoni 39 cod. 106 nr. 5 respondet, annumeras, adsunt omnes serm cod. 106 nr. 5, ex quo hanc cod. 3 partem descriptam esse et scripturae concordia et insuper parva lacuna, quae in utroque cod. serm. 26 conspicitur, satis demonstrant. Serm. omnes instructi sunt partim tit. partim argumentis rubr. passim in marg. collocatis, quae tamen saepe a cod. 106 differunt; sermones: 13, 33, 35, 39, 44, 51, 53 verbo 'bonus' apposito insigniti sunt. Sermo I. 'De sancto andrea' inc.: 'Uenite post me .. Mat. 4.[to] Piscatores et illuminati mittuntur ad predicandum Ne fides credencium non in virtute dei' etc. Des.: 'Cum proprias oves emiserit ante eas vadit.' Inter fol. 324 et 325 fol. unum exsectum est, sed nullus adest defectus. Sermo ultim. 'De compassione b. virg. per totum et cum hoc de passione eius filii' inc.: 'Respice in faciem christi tui Consuetudo est quando pauperes et mendici nudi et debiles' etc et des.: 'Marie filium clementissimum. ut nos perducat ad celeste convivium.' Idem sermo legitur in cod. Cremif. 6 f. 59[a] sqq. Confr. quoque, quae supra nr. 24 dixi.

42, f. 362[a] col. 1—f. 363[a] col. 1 (ead. manu; binis columnis) *Sermones 2: 'De ove centesima' et 'De assumpcione b. virginis marie.'* (rubr.)

Prior incip.: 'Quis ex vobis homo . . Homo iste qui habet C. oves Jesus Christus. est' etc. Alter incip.: 'Transite ad me omnes . . In verbis istis invitat nos beata virgo Maria ad viam' etc. Locus Germanicus insertus est. Desin.: 'a dextris suis collocavit / Quo et nos perducat . . Amen.' Jidem extant in cod. Cremif. 106 nr. 6, ex quo descripti sunt.

43, f. 363[a] col. 2—f. 367[a] col. 1 (ead. manu; binis columnis) *Sermones 3: duo 'In resurreccione domini' et 'In octava resurreccionis domini Sermo bonus.'* (rubr.)

Primus inc.: 'Surrexit dominus vere . . Luc. Bone matres hee (sic) habent consuetudinem' etc. Ultimus inc.: 'Cum esset sero factum . . Joh. XX° Quatuor tanguntur in hoc ewangelio' etc et des.: 'nisi laborantibus in via // et cetera.'

Fol. 367[a] col. 2 scriptura vacat.

Fol. 367[b] 'Incipit tabula utriusque tam de sanctis quam de tempore a numero . 1. usque ad numerum 127' (novae numerat. fol. 241—367) ead. manu, quam in cod. fronte sub nr. 6 memoravi, scripta, quae binis column. usque ad f. 368[b] col. 2 lin. 11 progreditur. Reliqua huius col. pars et integrum fol. 369 scriptione carent; post f. 369 fol. unum exsectum est.

44, f. 370[a]—f. 431[b] 'Nota *Rapalarius* (sic) *bonus ad populum', a fine mutilus.*

Sunt sermones de tempore per circulum anni numero 55, qui integri (serm. 59) extant in cod. Cremif. 26 nr. 11 ad calcem 'opus Rapularii' inscripti, in quo praesentes eodem ordine collocati efficiunt serm. 1—21, 23, 25—57; textus paullum differt. Sermones: 1, 3, 4, 6, 8, 25, 55 anepigraphi sunt, serm. 2 non nisi in marg., reliqui omnes in textu, sed passim falso (cfr. serm. 13, 14, 28, 47—52) inscripti sunt. Sermo I. de dom. I. advent. incip.: 'Hora est iam . . Paulus scripbit (sic) nobis hec verba / Modo hodie notare debetis quod invenimus in sacra scriptura Quadruplex sompnum' etc et desin.: 'quod a peccatis cesset Rogemus.' Sermo ultimus de dom. XXIII. post trinit. inc.: 'Abeuntes pharysei concilium . . Hec verba scribit nobis beatus Matheus in evangelio. In hiis tribus modis docemur' etc, sed iam lin. 11 post insistit his verbis: 'Salomon dicit. In multiloquio peccatum non deerit vnde Socrates', quae leguntur in cod 26 f. 257[a] lin. 3. Desunt ergo in praes. cod. praeter maiorem serm. 57 partem brevis praefat. (lin. 7) et serm 22, 24, 58, 59 codicis 26. Fol. 370[a] —372[b] lin. 13 item ad Johannem p. soc. div. in puchel (cfr. f. 189[b]) pertinere videntur, reliqua pars manu alia scripta

est ac cetera; folia haud pauca humore obfuscata sunt. Praeter auctores biblicos laudantur: 'Augustinus', 'Gregorius', 'Yside-rus' (sic), 'Crisostomus', 'Bernhardus', 'Iheronimus', 'Ambrosius', 'Haymo', 'Clemens papa' (f. 415b), 'Boecius' (f. 423a), 'Seneca', 'Socrates' (f. 431b), quorum nomina plerumque in marg. quoque leguntur. Auctor 'Ṛapularius' a nullo, quod sciam, rei litt. scriptore commemoratur excepto Fabricio in Biblioth. med. lat. Edit. Mansi Tom. VI, p. 52, ex quo tamen non nisi liquet allegari eum a Compilatore libri, qui Flores poetarum inscribitur, et edidisse sermones, quos Fabricius anecdotos putat.

45, f. 432a—f. 433a (manu saec. XIV—XV.) *Officium Breviarii de vulneribus Domini.*

Ab initio mutilum est; incipit autem sic: 'Ait Ewangelista Assumpsit iesus discipulos suos' etc. (lect. VII. med. puto). Fol. 432b habentur: 'Ad 1m Ymnus' 'Nobis dies hec innuit' etc, 'Ad 3m Ymnus' 'Qua christus hora siciit' etc, 'Ad VIam Ymnus' 'Carisma sancti spiritus influat psallentibus' etc et fol. 433a: 'ad IXam Ymnus' 'Ternis ter horis numerus sacre fidei' etc, 'In IIis vesperis .. Ymnus' 'Fit porta christi pervia' etc. Ultimo loco legitur: 'Super Magnificat Aⁿ(= Antiphona)' 'Hodie celesti sponso' etc. Hymnos laudd. non habes apud Mone, Lat. Hymnen d. Mittelalt. Bd. I, sed hymni ad Tertiam, Nonam et II. vesp. identidem extant in codd. Sangallens. (cfr. St. Gall. Hdschr.-Cat. p. 525, 529, 516 in indice).

46, f. 433a—f. 436a (ead. manu) *'Hystoria De Transfiguracione christi.'*

Est officium Breviarii (lectionum IX) de Transfig. Domini (6. Aug.), quod est festum titulare Eccles. et Monast. Cremi-fan., sed ab officio, quo nunc utimur, differt. Incip. ab 'Aⁿ. super Psalm.': '[V]ox de celis sonuit' etc. Fol. 433b legitur 'Ymnus' ad vesp.: 'Estata lux de lumine' etc et f. 436a 'ymnus' in II. vesp.: 'O sator omnium rerum imperator' etc, qui desunt apud Mone l. l. et in codd. Sangall. Ultimum locum occupat 'Aⁿ.' in II. vesp.: 'Hodie ad patris vocem' etc. Haud paucae huius et praeced. officii partes non nisi citantur.

47, f. 436a—f. 439b (ead. manu) *'Legenda De Concepcione Sancte Marie virginis.'*

Incip.: '[I]n diebus illis Erat vir in israel Nomine Joachym ex tribu Juda hic erat pastor ovium suarum. timens deum in simplicitate et bonitate sua.' etc. Dividitur ritu lectionum liturgicarum in capita, quorum quintum abrumpitur his verbis: 'invenit Mariam prengnantem (sic). Et totus in Angustia positus.' Cetera desunt. Haec legenda spuria non stilo tantum,

sed variis etiam narratiunculis differt a Libello sive Evangelio 'De Nativitate Mariae', quod extat in Fabricii Cod. Apocrypho N. T. I, p. 19—38 et inter Opp. S. Hieronymi studio Vallarsii (Edit. II.) T. XI, P. II. (Venet. 1771) col. 383—390; verba nostra extrema, si rem, non verba spectes, leguntur apud Fabr. p. 36 lin. 25 (cap. X. med.), apud Hieron. col. 390 lin. 5. Idem initium quod nostrum habes apud Denis, Codd. Theol. Vol. II, col. 1636 Cod. DCXC. (nunc cod. 4753 nr. 5), ubi opus inscribitur: 'Liber de ortu et vita b. Virg. Marie' etc.

Nr. 12, 46, 47 litteris initial. carent; litt. init. nr. 13, 22, 25 nigro colore, reliquorum omnium rubro col. (nr. 38 aliquot viridi col.) exaratae sunt.

---

4. Codex chartaceus saec. XV. Folior. 330. 4.°

Si fol. 1ª—7ᵇ, f. 45ª—68ᵇ et f. 115ª—119ª lin. 5, quae ad alios scriptores pertinere videntur, excipias, totum codicem, etsi modo festinanti calamo, modo accurate, eadem manu et ea Michaelis Wochner Canonici in Hospitali (cfr. cod. Cremif. 47) exaratum puto.

Eiusdem fuisse videtur, cuius insigne (Wappen) exhibet cod. Cremif. 10, alii (vide indicem possessorum).

Fol. numero non signatum, quod inter tegumentum anterius et fol. 1 insertum est, scriptura vacat.

1, f. 1ª—f. 7ᵇ *Innocentii Papae IV. tractatus exceptionum.*

Inscriptio: 'Sequitur Tractatus excepcionum Innocencii Quarti Incipit tabula eiusdem.' Tabula non nisi capp. 13 exhibet, tract. ipse capp. 14; deest enim in tab. cap. 6 'Contra locum.' Incip.: 'Excipitur contra literas et sigilla multis modis videlicet si bulla sit falsa vel sigillum' etc. Cap. ult. 'Contra diffinitivam Sentenciam' desin.: 'Item si Judex sentenciam dicet per alium et per alium legi faciat non valet. C. de sen. excon. pri. nec l. 1.' Deinde ex scriptoris errore legitur haec subscriptio:

'Et sic est finis illius opusculi quod *defensorium Juris* nuncupatur Conpilatum a quodam fratre utriusque Juris doctorem (sic) A fratre *Gerhardo* ordinis cistercien. professo', quae rectius ad nr. 3 huius cod. collocari debebat. — Fol. 7ᵇ lin. 4 exceptis vacat.

Innocentius IV. antea dictus Sinibaldus Fliscus, Genuensis, Juris scientia clarus, Papa 25. Jun. a. 1243, mortuus 7. Dec. 1254. Cf. Potthast, Regesta p. 943, 1283. De eius vita vide:

Ciaconium, Vitae Pont. Rom. col. 689 sqq.; Gregorovius, Gesch. d. St. Rom Bd. V, p. 223 sqq.; Reumont, Gesch. d. St. Rom Bd. II, p. 530 sqq.; de operibus: Oudinum, T. III, col. 165 sqq.; Bellarminum, De scriptt. eccl. (Opp. T. VII.) p. 430; Cave, Vol. II, p. 299; Possevinum, App. Sac. T. I, p. 806; Jöcher, Th. II, col. 1888 sq.; Fabricium, Bibl. med. lat. Ed. Mansi T. IV, p. 36 sq.; Schulte, Lehrb. d. Kirchenr. p. 56 sq., qui tribus prioribus exceptis omnes tract. de except. commemorant. Operis eius praeclari 'Apparatus in V libros decretal.' fragmentum habes in cod. Cremif. 71 f. 40ª sqq.

2, f. 8ª—f. 10ª *Duo consilia doctorum de casu quodam haereditario.*

Prius anepigr. inc.: 'Johannes decessit intestatus / nullis relictis post se liberis vel parentibus' etc. Lin. 4: 'Queritur qualiter ad hereditatem . . quatuor filii illorum trium fratrum suorum patruelium venire debeant An vocentur in capita . . An vero vocentur in stirpes' etc. Des.: 'dividi hereditatem in capita non in stirpes / Et ita in dubietate tenendum est' et subscribitur: 'Et ita dico et consulo Ego Raphael de fulgosiis Juris utriusque doctor etc Idem dico et consulo ego Raffael Ray. Juris utriusque doctor.' Alterum, quo idem thema ead. ratione absolvitur, inscribitur: 'D. Jo. de vulpis Juris utriusque doctor' et inc.: 'Queritur qualiter hereditas infrascripti Johannis dividatur' etc. Subscribitur: 'Ego Tadolus de vicomercato Juris utriusque doctor Idem dico et consulo ut supra conclusum . . est in testimonium premissorum me subscripsi' etc. Sequitur arbor consanguinitatis ad huncce casum illustrandum.

Raphael Fulgosus, vel Fregosus, Placentinus, Ticini et Patavii Jus civile docuit, obiit a. 1431; Raphael de Raimundis, Cumanus, Juri addiscendo operam dedit Ticini, postea Patavii docuit circa a. 1420; uterque professor insignis. De iis eorumque operibus vide: Fabricium, Bibl. med. lat. T. VI, p. 50, 49; Trithemium, De script. eccl. fol. CXXXIIª; de posteriore quoque Joecher, Th. III, col. 1906. Fabricius 'Consilia Raph. de Raym. . et Raph. Fulgosi . . impressa Brixiae per Jac. Britannicum, 1490. fol.' affert, ex quibus consilium I. fortasse depromptum est; de auctoribus in consil. II. allatis nihil habent scriptores laudd. — Fol. 10ª pars inferior et f. 10ᵇ—12ᵇ integra scriptione vacant.

3, f. 13ª—f. 26ª *Juris defensorium.*

Brevis praefat. inc.: 'Quia bone rei dare consilium' etc. Lin. 2: 'Et ideo de corpore canonum decretalium ac legum collegi . . iuris defensorium illud nominans' etc. Des.: 'placuit enim presens opusculum per XIX. titulos distingui . . . Et

sequitur primo Registrum.' Enumerantur titt. 20, sed tit. 5 'Contra Reum' non legitur in tract. Incipit autem titulo 'Sequitur liber Juris defensorium nominatus' praemisso sic: 'Judicum alii sunt ordinarii. qui ab Apostolico (sic) ut ecclesiastici' etc et tit. ultimus 'De instancia iudicii' desin.: 'Si autem lis non fuerit conte(stata) perit instancia.' Sequitur subscriptio:

'Explicit *defensorium Juris.* 1462 / 12 octobris.' Cfr. quae modo de subscriptione nr. 1 dixi.

De hoc tract. vide Denis, Codd. Theol. col. 2797 Cod. DCCXLIII. (nunc cod. 4139 nr. 28), in quo paullo post praefat. initium auctor se prodit his verbis: 'ego Gerardus Monachus Rivi sancte Marie Cistercien. ordinis videns' etc, quae tamen in cod. nostro desunt; praeterea Denis varia de coenobio, de auctore et de editionibus adnotavit. De hac abbatia eiusque diversis nominibus accurate agit Leop. Janauschek, Originum Cisterc. T. I. (Vindob. 1877 4°) p. 244 sub voce: 'Rivus S. Mariae, Scharnebeck', quo teste non procul a fluvio Neze in principatu Luneburgico et dioecesi Verdensi sita erat et Luderum episcopum Verdensem auctorem venerabatur, qui a. 1243 fundamenta iecit coenobii, quod 'Domus S. Mariae' dicitur, sed inde a. 1254 translatum est ad locum, qui 'Rivus S. Mariae' (Marienfliess) proprie nuncupatur, vulgariter 'Schernbeke.' (Cfr. Winter, Die Cisterc. d. nordöstl. Deutschl. Bd. I, p. 355 sq., II, p. 215 sq., III, p. 364). Gerardum quoque citant Fabricius, Bibl. med. lat. T. III, p. 41 sq. (falso sub nomine 'Gerardi Monachi de Imo S. Mariae') et Jöcher, Th. II, col. 944, qui circa medium saec. XV. vixisse dicit. Editio pro collatione instituenda ad manum non erat.

4, f. 26ᵇ—f. 27ᵇ *'Termini servandi in palacio apostolico.'*

Incip. tit. 'Primo in beneficialibus. in prima instancia' praemisso: 'Primo in causis beneficialibus postquam citacio fuerit ad partes decreta' etc. Ultimo loco agitur 'De apostolis dandis.'

5, f. 28ᵃ (binis columnis) *'Festa palacy Romane Curie* sequuntur.'

Secundum ordinem mensium disposita sunt. Inc.: 'Januarius habet dies 31. Circumcisio domini. usque ad crastinum epiphanie inclusive' etc. In fine legitur nota: 'Multiplex est dies civilis est' etc.

6, f. 28ᵇ—f. 29ᵇ *Notabilia ad ius canonicum spectantia.*

Primum 'Notabile de interponendo appellacionem Hic (?) in partibus' inc.: 'Sciendum si appellacio interposita fuerit / in presencia partis principalis' etc. Ultimum 'De illis qui solvunt pecunias pro beneficiis' des.: 'excommunicacionis . . incurrit Sentenciam / per constitucionem pape Martini quinti / que

incipit multi contra Symoniacam pravitatem / et Eugenii pape quarti que incipit Cum destestabile (sic) scelus / et alias . . promulgatam.' — Fol. 29^{b} lin. 4 exceptis et fol. 30—34 integra scriptura vacant.

7, f. 35^{a}—f. 36^{b} *'Copia Brevis S^{mi} d. n. Sixti / ad Imperatorem Fridericum in facto coronacionis primogeniti / Casimiri Regis polonie.'*

Inc. tit. 'Sixtus papa quartus' praemisso: 'Carissime fili noster / Salutem / Cum relatum nobis fuisset superioribus diebus Maiestatem tuam propensam esse ad coronandum primogenitum . . Casmiri polonie Regis' etc. Des.: 'Dat. Rome apud Sanctum petrum die decima octava decembr. Anno incarnacionis dominice 1477 pont. nostri Anno Septimo.'

Wladislaus, primogenitus Casimiri Regis Poloniae, a conventu in montibus Kuttensibus celebrato 27. Mai a. 1471 rex Bohemiae electus et Pragae 22. Aug. h. a. coronatus est; Sixtus IV. vero in hocce Brevi regalium Bohemiae traditionem seu Wladislai investituram, ut vocant, Viennae 10. Jun. 1477 per Imp. Frid. factam, (quam semper 'coronationem' nominat), respicit, Imperatorem corripit, ipsique notificat se etiam tum Matthiam regem Hungariae pro vero rege Bohemiae habere. Cfr. Palacky, Gesch. v. Böhm. Bd. V, Abth. 1, p. 31 sqq., 158 sq. Idem l. l. p. 166 sq. commemorat Brevia ad Imperat., ad Bohemos obedientes et ad Boh. inobed. in favorem Matthiae 19—27. Sept. 1477 data, quorum duo posteriora extant in cod. nostro sub nr. 8 et 9, in quo tamen 'VIII. kal. Oct.' (24. Sept.) data sunt, prius vero, etsi 'datum' differt, unum idemque videtur ac nr. 7. Litteras Papae ad Imperat. quoque memorant Joan. Dlugossus, Hist. Polon. T. II, (Lips. 1712) col. 559 sq. et Pessina, Mars Moravic. (Pragae 1677) p. 878 sqq.

Sixtus IV. antea Franciscus de Rovere (Ruvere), Savonensis, Ord. Minorum, Papa 9. Aug. a. 1471, mortuus 12. Aug. 1484. De eius vita vide: Ciaconium, Vitae Pont. Rom. col. 1251 sqq.; Gregorovius, Gesch. d. St. Rom Bd. VII, p. 232 sqq.; Reumont, Gesch. d. St. Rom Bd. III, Abth. 1, p. 163 sqq.; de operibus: Fabricium Bibl. med. lat. T. VI, p. 197 et Cave, Vol. II, Append. p. 187.

8, f. 36^{ab} *Eiusdem Breve ad Bohemos et Moravos obedientes.* (Copia.)

Inscriptio: 'Sixtus papa Quartus dilectis filiis . . Regni Boemie et Marchionatus Moravie etc subditis . . Mathie hungarie et boemie Regi illustri obedientibus.' .'L. Griffus.'

Inc.: 'Sixtus Episcopus' etc. Lin. 4: 'Apostolice Sedis onus quod licet immeriti sustinemus' etc. Des.: 'Dat. Rome apud

S. petrum Anno .. Millesimo CCCC°LXXVII/octavo kal. Octobr. pont. nostri Anno septimo.' 'De Curia d. gallettus.'

9, f. 36ᵇ—f. 37ᵃ *Eiusdem Breve ad Bohemos et Moravos inobedientes, sine titulo.* (Copia.)

Inc.: 'Sixtus Episcopus . . Regni Bohemie et Marchionatus Moravie etc subditis . . Mathie . . inobedientibus . . Declaravit vobis sepius Apostolica Sedes' etc. Des.: 'Dat. Rome .. Anno .. Millesimo CCCCLXVII.° (sic) VIII° kalendas Octobr. pont. n. Anno septimo.' 'De Curia . d. Galletus.'

Confr. supra nr. 7. — Fol. 37ᵇ scriptura vacat.

10, f. 38ᵃ—f. 39ᵇ *Mathiae Corvini Regis Hungariae confirmatio et promulgatio conventionis cum Imperat. Friderico IV. factae, sine titulo.* (Copia.)

Inc.: 'Mathias dei gracia. Rex hungarie etc Tenore presencium recognoscimus et notum facimus . . Quod . . . cum . . friderico Imperatore Romanorum' etc, lin. 12: 'concordati sumus et pacem reformavimus' etc. Des.: 'In premissorum . . robur et evidens testimonium prefato domino friderico.'

Agitur de conventione in Corneuburg 30. Nov. 1477 inter Imp. et Matthiam facta, quam edidit Jos. Chmel inter Monumenta Habsburg. Abth. I, Bd. II, nr. XVII. p. 117 sqq. Nostra confirmat. legitur aliquot lacunis interiectis apud Pray, Annal. regum Hungar. P. IV, p. 114—116 nec non integra apud Kurz, Oesterr. unter K. Friedr. IV. Th. II, Beyl. Nr. XLIII. p. 258—262 et inter Monum. Habsburg. l. l. nr. XVIII. p. 119—122; in omnibus subscribitur: 'Datum in oppido Korneuburg die prima mensis Decembr. a. 1477' etc. Cod. noster in fine concordat cum Cod. MS. Bibl. Aug. Vind., quo Pray usus est, ceterum ab edit. paullum differt. Cfr. quoque Kurz l. l. p. 136 sq., ubi summarium habes, et Palacky, Bd. V, 1, p. 165 sq.

Matthias Corvinus, Johannis Hunyadis filius, Rex Hungariae electus 24. Jan. a. 1458, mortuus 6. April 1490. Cfr. Pray, P. III, p. 214 sqq., IV, p. 201 sqq. et Palacky, Bd. IV, 2, p. 25 sqq., V, 1, p. 325 sqq. — Fol. 39ᵇ lin. 6 exceptis et fol. 40—44 integra scriptione vacant.

11, f. 45ᵃ—f. 68ᵇ *'Tercia In Vectiva domini Rudolffi lavantini episcopi contra venenosum hereticum Georgium.'* Hic tit. alia manu scriptus est ac tract. ipse. (Copia.)

Inc.: 'Salutem cum omni devocione/Et inter labentis mundi huius falsorumque fratrum pericula a dextris et a sinistris caute incedere' etc. Des.: 'sedem sanctam apostolicam universumque fidelium cetum bene merebitur Datum Wratislavie 67.' (i. e. 1467). Deinde parvo spatio interiecto leguntur haec verba: 'De absolucione iuramenti pena excommunicacionis

anathematis eterne dampnacionis maledicciones et heretice pravitatis favoris', quae nec ad nr. praeced. nec ad seq. pertinent. — Est refutatio epistulae Georgii Podiebr. apologeticae, quam habes nr. 12, ad Matth. Corvinum directa, de qua cfr. Palacky, Bd. IV, 2, p. 393 not. 254, p. 466 not. 312. Ead. extat in cod. Pal. Vind. 4975 nr. 87 (Tabb. codd. Vol. III, p. 462), in quo teste Palacky data est '1467 feria II. ante Mariae Magdalenae' (20. Jul.). Alia eiusd. apologiae refutatio habetur infra nr. 13.

Rudolphus de Rüdesheim, ab a. 1463 Episcopus Lavantinus, a Paulo II. a. 1465 ineunte apostol. sedis legatus in Germaniam missus, 20. Jan. 1468 Episc. Vratislaviensis, mortuus 9. Jan. 1482. Cfr. Potthast, Bibl. hist. Supplem. p. 338, 286 et Palacky l. l. p. 330 sqq.; aliquot eius opuscula ex codd. Bibl. Lips. Paullinae excitat Fabricius, Bibl. med. lat. T. VI, p. 129 sq.

12, f. 69[a] — f. 74[b] *Georgii Podiebrad regis Bohemiae litterae apologeticae ad Imperatorem Fridericum; sine titulo.* (Copia.)

Inc.: 'Gloriosissimo principi . . Friderico dei gracia. Roman. Imperatori . . . . Georgius eadem gracia Bohemie rex' etc. lin. 5: 'Quanto paciencius et equanimius iniurias emulorum nostrorum perferimus ac sustinemus' etc. Des.: 'Dat. prage die decima Novembr. Anno domini MCCCC°LXVI° regni nostri Anno nono.'

'Gloriosissimo . . Friderico Romanorum Imperatori . . . . domino et affini nostro karissimo.'

Eand. epist. paucis mutatis, sed 'Glacii 28. Jul. 1466' datam Georgius iam antea Matthiae Corv. aliisque principibus miserat. Cfr. Palacky, Bd. IV, 2, p. 393 sqq. et Jordan, Das Königth. Georg's v. Poděbrad (Lp. 1861) p. 227 sqq., qui eius summarium habent et auctorem nominant Gregorium Haymburg. Editam habes apud d' Achery, Spicileg. T. III. (Paris. 1723) p. 830—834, ubi inscribitur: 'Georg. Pogiebracii . . Epist. apolog. Regi Hungar. generi suo', sed perperam ad a. 1468 refertur, et ap. Gelas. Dobner, Monum. hist. Boemiae T. II, p. 418—429; nostra epist., si inscriptionem et lin. 5 ult. excipias, fere ad verbum concordat.

Georgius Podiebrad, Bohemiae rex 2. Mart. a. 1458 electus, mortuus 22. Mart. 1471. Cfr. Palacky l. l. p. 30 sqq., p. 663 sqq.; Jordan l. l.; Ad. Bachmann, Ein Jahr Böhm. Gesch. Georgs v. Pod. Wahl, Krön. u. Anerk. (Archiv f. öst. Gesch. Bd. LIV.) p. 37 sqq. Epist. apol. memorat Fabricius T. V, p. 305 et varia Pontificum Roman. acta contra hunc regem Oudinus, T. III, col. 2576 sqq. — De Gregorio Haymburg vide infra nr. 22.

13, f. 74b—f. 78b *'Copia Responsionis ad literas heretici Bohemie quas dederat Ad Regem Hungarie.'*

Inc.: 'Gloriatur Georgius qui se vocat Bohemie regem in literis, quas ad Seremum Regem Hungarie dedit' etc. Des.: 'Iam innocenciam suam ostendat aut penas iuris paciatur oportet.' De hac respons. vide quae modo ad nr. 11 dixi et Palacky, Bd. IV, 2, p. 393 not. 254, qui conscriptam esse ab Johanne Carvajal et Germanice editam ap. Petr. Eschenloer, Gesch. d. St. Breslau Bd. I, p. 327 asserit.

Johannes Caravagial (Carvajal), Hispanus, electus Episcopus Placentinus, Rotae Auditor, Diac. Card. S. Angeli, post Presb. Card. S. Crucis in Hierusalem, deinde Episc. Card. Sabinus, demum Portuensis, et S. Rufinae, Romae moritur, 8. Idus Decembr., a. 1469. Haec Ciaconius, Vitae Rom. Pont. et Card. col. 1139 sq. De variis legationibus in Germaniam et ad Imperat. a Pontif. Eugenio IV. et Nicolao V. ipsi commissis vide: Hefele, Conciliengesch. Bd. VII, p. 791 sqq.; Palacky, Bd. IV, 1, p. 142 sqq.; Raynaldum, Annal. Eccl. ad a. 1446, Edit. Mansi T. IX, nr. II. p. 474 sqq.; de rebus ab eod. Pragae 1—23. Mai 1448 gestis, quarum Diarium edidit Denis, Vol. I, col. 1573—1588 ex Cod. CCCCXVII. (nunc cod. 4764 nr. 8), Palacky l. l. p. 184 sqq.; de aliis in causa Georg. Podiebr. negotiis eund. Bd. IV, 2, p. 370 sqq.

14, f. 79a—f. 80b *'Copia Bulle seu Sentencie contra Regem bohemie late.'*

Inc.: 'Paulus Episcopus . . Ad perpetuam rei memoriam. Cum extra fidem catholicam / quam Sacrosancta Romana predicat . . Ecclesia. nullus . . . . ad salutem proficiat sempiternam et propterea salvator noster dominus iesus christus' etc. Des.: 'Dat. Rome Apud S. petrum Anno . . 1466.to decimo kal. Januarii p. n. Anno Tercio.' Georgius Podiebr. eiusque asseclae a Paulo Papa II. in publico consistorio 23. Dec. 1466 Romae celebrato excommunicati et subditi a iuramento absoluti sunt. Cfr. Palacky, Bd. IV, 2, p. 419 sqq. Nostra Bulla, si rem, non verba spectes, ab illa, quae legitur apud Dlugossum l. l. T. II, col. 400 sq., ap. Müllerum, Reichstags Theatr. Th. II, p. 263 sq. et ap. Lünig, Cod. German. diplom. Th. I, col. 1517 sqq. et eod. die data est, paullum differt, sed longior est; posterior pars inde a verbis: 'eiusdem salvatoris nostri presidio' etc habetur apud Pessinam l. l. p. 760 sq.

Paulus II. antea Petrus Barbus, Venetus, Papa 31. Aug. a. 1464, mortuus 28. Jul. 1471. De eius vita vide: Ciaconium, col. 1229 sqq.; Reumont, Bd. III, 1, p. 152 sqq.; Gregorovius, Bd. VII, p. 210 sqq.; de operibus: Fabricium, Bibl. med. lat. T. V, p. 207; Cave, Vol. II, App. p. 184.

15, f. 80b—f. 81b *'Copia Executorie prescripte Sentencie.'*

Inc.: 'Paulus . . . Archiepiscopis et Episcopis in Regno Bohemie . . Sal. et Ap. ben. Hodie nostre emanarunt litere super quadam per nos promulgata sentencia . . huiusmodi sub tenore Paulus . . ut supra Volentes itaque literas predictas' etc. Des.: 'Dat. Rome apud S. petrum Anno . . Millesimo CCCCºLXVIto decimo kal. ianuarii p. n. Anno Tercio.' Prior pars legitur in Bulla Pauli II. ad Protasium Episc. Olomuc. eod. die data, quam habent Pessina, Mars Morav. p. 761 sq. et Lünig l. l. Th. I, col. 1513 sqq., apud quos vero posterior pars multo brevior est. Ead. extat in cod. Pal. Vind. 3484 nr. 11 (Tabb. codd. Vol. II, p. 308).

16, f. 81b—f. 83a *'Copia / brevis Imperatori in eodem facto missi.'*

Inc.: 'Paulus . . Carissime . . fili noster Sal. et Ap. ben. / Instruit salvatoris exemplum / et nos Cura officii pastoralis compellit' etc. F. 82a lin. ult. sqq. haec legis: 'die videl. vicesima tercia Mensis Decembris proxime elapsi in publico Consistorio nostro pronunciavimus . . Georgium . . hereticum pertinacem / hereticorum fautorem' etc, f. 82b lin. 17 sqq.: 'prout in litteris apostolicis quas cum presentibus ad tuam Celsitudinem mittimus / et ipsa die Nativitatis d. n. Jesu cristi / in Basilica principis Apostolorum . . . publicari fecimus latius continetur / Igitur' etc, (lin. 25): 'Maiestatem tuam exhortamur . . ut . . . huic nostre sentencie faveas / illamque . . . defendas / et exequi facias atque permittas / damnato illi heretico deinceps nequaquam communices . . . nec verbis nec scriptis illum Regem . . . appelles' etc. Des.: 'Dat. Rome apud S. petrum Anno . . 1466.to kal. Januarii p. n. Anno tercio.'

'Carissimo . . Friderico Roman. Imperatori semper Augusto.'

'Datum' nostrum '1466 kal. Jan.' iuxta calculum, quem dicunt Florentinum, reputatum cum 1. Jan. 1467 hodierni calculi concordat. De hoc calculo, secundum quem novus annus a 25. Mart. incipit, in cancellaria Pauli II. usitato cfr. Palacky, Bd. IV, 2, p. 377 not. 240, p. 354 not. 224. Bulla Pauli II. ad Imp. 'Rome Cal. Jan. 1467' data, quam memorat Kurz l. l. Th. II, p. 91 not., indubie una eademque est ac Breve nostrum.

17, f. 83a—f. 84b *Rudolphi Episcopi Lavantini sententia excommunicationis in Georgium Podiebr. eiusque asseclas auctoritate Pauli II. lata, sine titulo.* (Copia.)

Inc.: 'In nomine sancte et individue trinitatis . . Amen. Rudolphus . . Episcopus laventin. . . pauli . . pape secundi / ad Alamanie et Regni boemie partes legatus missus et in causa contra . . Georgium / de podiebrat' etc, lin. 11: 'com-

missarius et exequutor specialiter . . universis . . ad quos presentes nostre litere pervenerint Salutem . . Cum notorium sit adeo ut nulla tergiversacione celari possit' etc. Des.: 'Et dicat omnis populus christianus fiat fiat Amen. Dat. wratislavie.' Haec sentent. a legato Rudolpho Wratisl. 12. Mai 1467 lata est, ut Bullam Pauli II. (incip.: 'Consueverunt Romani pontifices' etc) 26. Mart. h. a. datam exequendam curaret. Cf. Palacky, p. 448 not. 229. Ead. extat in codd. Pal. Vind. 3484 nr. 12, in quo data est 'Bratislavie die 12. Maii A° 1467', et 4764 nr. 16, de quo Denis, Vol. I, Cod. CCCCXVII. col. 1592. De Rudolpho Episc. Lavant. cf. nr. 11.

18, f. 85^{ab} *Pauli II. litterae ad Imp. Fridericum, quibus ei iterationem processus contra Georgium Podiebr. notificat, sine titulo.* (Copia.)

Inc.: 'Paulus . . Carissime . . fili Sal. et Ap. ben. Ob tue dignitatis eminenciam non ab re iudicavit Apostolica Sedes processus suspendere quos contra Georgium inceperat' etc. Post pauca: 'causam super heresi aliisque criminibus contra dictum Georgium terminandam commisimus . . Bessarioni Tusculan. et Johanni portuen. Episcopis ac . . Berardo tit. S. Sabine presb. Card. quod tue celsitudini . . . notum facere volumus Monentes eam . . . ut que sui officii sunt contra ipsum Georgium . . studeat exercere processibus et sentenciis Apostolicis faveat et assistat . . . A pactis insuper . . . cum illo hactenus initis . . . . omnino recedat' etc. Des.: 'Dat. Rome apud S. Marcum Anno domini 1465. p. n. Anno primo.'

'Carissimo . . Friderico Roman. Imperatori semper Augusto.'

Paulus II. processum contra Georgium Podiebr. iam a Pio II. institutum, sed eius morte sopitum iterum assumi iussit et 22. Jul. 1465 tres Cardinales modo allatos iudices constituit. Cf. Palacky, p. 355, qui tamen nihil habet de his litteris.

19, f. 86^{a}—f. 88^{b} *Eiusdem litterae encyclicae, quibus Christianos monet, ut expeditionem cruciatam contra Turcos suscipiant, sine tit.* (Copia.)

Inc.: 'Paulus . . Universis et singulis christi fidelibus S. et A. b. / Post calamitosum et miserandum Constantinopolitan. civitatis excidium / venturum ad interiora christianitatis Thurcorum gladium . . predecessores nostri clamare non cessaverunt' etc. F. 86^{b} med. haec legis: 'Sed cum ad propulsandum . . periculum nostre facultates minime sufficiant . . Et . . fridricus Roman. Imperator . . . ad universos prelatos principes et communitates imperii. ad contrahendum undique militum copias nuncios suos . . miserit / et unacum . . Mathia rege vngarie . . nobilem virum vlricum de Gravenegk / rei

militaris peritissimum generalem Capitaneum deputaverit qui copias huiusmodi ex terris imperii per hungariam in thurcos ducat . . . Nos . . Imperatoris studium plurimum commendantes . . . . Nulli dubium esse debeat quin christiani omnes . . . ad defensionem evangelice legis . . de necessitate salutis viriliter assurgere teneantur / Ea propter universos . . iesu christi cultores . . . . requirimus et monemus . . . . ut ad defensionem catholice (sic) et liberacionem christi fidelium . . dura Turcorum servitute oppressorum . . . exurgant' etc. Enumeratis deinde indulgentiis aliisque privilegiis proficiscentibus et retribuentibus concessis omnes excommunicantur, qui expeditionem impediant Turcosque quocunque modo adiuvent, denique publicationis ratio harum litt. praescribitur. Des.: 'Dat. Rome apud S. Marcum Anno . . M°CCCC°LXVI.^to Idus Julii p. n. Anno Secundo.' Duas Pauli II. in ead. causa litteras ad Philippum Ducem Burgundiae et ad Ernestum Electorem Saxoniae eod. anno et posteriores eod. die datas ac nostrae habes ap. Müllerum, Reichst. Theat. Th. II, p. 212 sqq.; de rebus in hac causa gestis in diaeta Norimberg. die festo Martini 1466 incepta vide: eund. p. 216 sqq.; Palacky, p. 416 sq.; Jordan l. l. p. 237 sqq., quorum posterior obiter Bullam cruciat. commemorat.

20, f. 89^a—f. 90^a *Matthiae Corv. regis Hungariae litterae ad Victorinum ducem Monsterbergensem, sine tit.* (Copia.)

Inc.: 'Mathias . . Rex hungarie . . principi Victorino duci Monsterbergen. . . Sal. Fastidire vos animadvertimus quietis consilium / et communem cum vicinis concordiam pati non posse' etc. Des.: 'Dat. Tyrnavie penultima die Mensis Marcii 1468. Regni nostri Anno XI Coronacionis vero quarto.' Hae litterae, quas diffidatorias (Absagebrief) vocant, ad Victor., filium Georgii Pod., qui in Austriam invaserat, in castra ad locum 'Stockerau' Austriae infer. sita missae sunt. Cf. Palacky, p. 508 sq., qui summarium habet Germanice et Tyrnav. ult. die Mart. datas esse dicit. Integras dedit Latine Pray l. l. p. 41 sq., ap. quem legitur subscriptio: 'Datum A° MCCCCLXVIII'; textus noster paullum differt.

21, f. 90^ab 'Sequitur *promissio Sere^mi Hungarie etc Regis christianis facta contra perfidos et dampnatos hereticos.*' (Copia.)

Inc.: 'Mathias . . Rex vngarie etc Animadvertantes populum orthodoxum in Regno Boemie . . commorantem gravissima indigenarum hereticorum infestacione opprimi' etc. Des.: 'nos presencium literarum nostrarum vigore modo premisso firmiter obligamus Dat.' Hae litt. publicae (Manifest) de causis belli contra Georgium Pod. suscepti editae sunt apud Pray, p. 40 sq., ubi datae sunt 'Posonii (Pressburg), octava

die Aprilis a° 1468' etc; codex noster, si 'datum' excipias, non nisi paucas variantes exhibet. Germanice leguntur ap. Palacky, p. 509 sqq., qui auctorem nominat Janum Pannonium. De Johanne (Cesinge), Quinque Ecclesiarum episcopo, Matthiae Corv. secretario et postea cancellario, viro doctissimo, sub nomine 'Jani Pannonii' poeta claro eiusque operibus vide: Palacky, p. 358 sqq.; Kaprinai, Hungar. dipl. P. II. (Vindob. 1771) p. 372 sqq.; Fabricium, Bibl. med. lat. T. IV, p. 26 sq. — Fol. 90ᵇ lin. 10 exceptis et fol. 91—93 integra scriptura vacant.

22, f. 94ᵃ—f. 101ᵃ *Gregorii Haymburg oratio invectiva in Card. Nicolaum de Cusa pro parte Sigismundi principis Austriae edita, sine titulo.* (Copia.)

Inc.: 'Cancer Cusus Nicolae / qui te Card. Brixinen. vocas / cur non prodis in palestram / qui te grecum et latinum gloriaris' etc. Des.: 'Dat. in felicibus Castris militaribus / obsidion. wienen. Austrie Apud S. Marcum. qua / via ducit in vngariam ydibus Augusti Anno domini etc LXI.°' (i. e. 1461). Sequitur haec subscriptio: 'Edita est oracio prescripta per *Georgium Haymburg* pro parte Illustr. principis domini Sigis(mundi) ducis Austrie.' Marginibus argumenta breviss. ascripta sunt. Huius invectivae mentionem faciunt Alb. Jäger, Regest. u. urk. Dat. üb. d. Verhältn. d. Card. Nik. v. Cusa, als Bisch. v. Brixen, zum H. Sigm. v. Oest. etc. (Archiv f. K. öst. Gesch.-Quell. Bd. VII.) p. 178 et C. Ullmann, Reformat. vor d. Reformat. Bd. I. (Gotha 1866) p. 191 sq. Edita est teste Potthast (Bibl. hist. p. 360) una cum aliis eiusdem scriptis Francof. 1608 4° (cura Goldasti) et ap. Goldast, monarch. s. imp. Rom. Francof. 1721, T. II, p. 1626 sqq., sed nulla edit. ad manum est.

Gregorius de Heimburg, Germanus, Syndicus Norimbergensis, scientia Juris facundiaque clarus, mortuus 1472. De eo eiusque operibus vide: Fabricium, T. III, p. 99 sq.; Cave, Vol. II, App. p. 180; Jöcher, Th. II, col. 1449 sq.; Ullmann l. l. p. 182 sqq.; de rixa, quae nostrae invectivae ansam dedit, Palacky, p. 170 sqq. et [A. Jäger, Der Streit d. Card. Nic. v. Cusa mit d. H. Sigm. v. Oest. Innsbr. 1861 2 Bde. 8°]; de rebus ab eod. in concilio Basileensi gestis Hefele, Conc.-Gesch. Bd. VII, p. 771 sqq.; de variis in causa Georgii Pod. scriptis Palacky, p. 391 sqq. et Konst. Höfler, Böhm. Studien (Arch. f. K. ö. G.-Q. Bd. XII.) p. 320 sqq. Cfr. supra nr. 12 et cod. Cremif. 149 nr. 1—3.

23, f. 101ᵇ '*Copia litere* (sic) *per venetos Sixto pape 4° missa.*' (sic).

Inc.: 'Que monet suadetque per literas sanctitas tua / constanter modesteque legimus / quod egeris / lege federis turbata

nostri / nostrisque erga sedem Apostolicam . . meritis neglectis / civili ferimus animo' etc. Des.: 'vim vi ulciscemur . . et scelus sceleri / cum fieri aliter non poterit obiiciemus / Tantum polliceri de nobis poteris Apostolice Sedi quecunque salva sanctitatis tue dignitate prestare licebit.' Deinde parvo spatio interiecto legitur annus '1483'. Sixtus IV. a foedere antea cum Venetis inito recessit et 23. Dec. 1482 cum Ferdinando rege Neapolit. aliisque Italiae principibus novam pro defendenda contra Venetos urbe Ferraria iniit ligam, cuius ope a. 1483 ineunte partem Venetae classis cepit. Cfr. Raynaldum, ad a. 1482, Ed. cit. T. XI, nr. XVII. p. 23 sqq. et ad a. 1483 nr. I. p. 36 sqq.; Reumont, Gesch. d. St. R. Bd. III, 1, p. 178 et Gregorovius, Bd. VII, p. 265 sq., qui tamen nihil habent de nostris litt. — Fol. 102 scriptione caret.

24, f. 103[a]—f. 105[b] *'Responsio S^mi domini nostri Py pape secundi ad Boemorum oratores.'* (Copia.)

Inc.: 'Superioribus diebus cum audivissemus vos oratores karissimi filii nostri Regis boemie' etc. Des.: 'Et eritis in hoc seculo felices et in alio beati. prestante domino . . . Amen.' Georgius Pod. circa med. Januar. a. 1462 oratores ad Pium II. misit, ut confirmationem Compactatorum, quae Concilium Basileense Bohemis concesserat, impetraret, sed transactionibus cardinalium et oratorum de concordiae ratione irritis Pontifex tandem in consistorio Romae 31. Mart. 1462 celebrato Compactata prorsus revocavit. Cf. Palacky, p. 215 sqq.; Jordan, p. 48 sqq.; Raynaldum, ad a. 1462, ed. cit. T. X, nr. XIV. p. 330 sqq.; Müllerum l. l. Th. II, p. 238 sqq., qui omnes revocationis summarium habent, nec non Denis, Vol. I, col. 2900 ad Cod. DCCCII. (nunc cod. 4302 nr. 20); de compactatis vide Hefele l. l. Bd. VII, p. 568 sqq. Respons. integram edidit Lünig, Cod. Germ. diplom. Th. I, col. 1505—1510 (anno '146— —' apposito) et denuo G. G. Leibnitius P. II. Mantissae ad Cod. J. G. dipl. p. 159—163: protestatio Antonii de Eugillo editionibus ad calcem subiuncta deest in nostro cod., reliquus textus, si variantes haud paucas excipias, concordat. De aliis codd. mscr. vide Tabb. codd. Vol. III, p. 543, VII, 345 sq. in indice et cod. Run. 87 nr. 7 (Weis, Hdschr. zu Reun p. 74).

Pius II. antea Aeneas Sylvius Piccolomini, 19. Oct. a. 1405 Senis natus, 1431 Dominicum Capranicam ad Concil. Basileense pergentem comitatus, 1435 Card. Nicolai Albergati secretarius, 27. Jul. 1442 Francof. ab Imp. Friderico poetica laurea ornatus et paullo post eiusdem secretarius, 1447 Episc. Tergestinus et circa finem a. 1449 Episc. Senensis factus, 18. Dec. 1456 Diac. Card. S. Eustachii, mox Presb. Card.

tit. S. Sabinae creatus, tandem 19. Aug. 1458 Papa electus, mortuus 15./16. Aug. 1464. De eius vita vide: Ciaconium, col. 1203 sqq.; Hefele, Bd. VII, p. 803 sqq.; Reumont, Bd. III, 1, p. 129 sqq.; Gregorovius, Bd. VII, p. 156 sqq.; de operibus: Fabricium, T. I, p. 27 sqq., V, p. 300 sq.; Cave, Vol. II, App. p. 175 sqq.; Oudinum, T. III, col. 2643 sqq.

25, f. 106a *'Epistola a duce Ludovico Bavarie sedi apostolice per valentinum pernpeck in favorem Georgii de Constat asserto boemorum Rege / cum certis capitulis per eundem valentinum per modum oracionis apud d. paulum papam secundum expressis.'* (Copia.)

Inc.: 'Beatissime pater . . Humili recommendacione premissa / cum subieccione promptissima / Pridie dedit ad me literas serenissimus G. boemie rex etc . . quibus in his que fidei sunt obedienciam pro se et incolis suis sibi a. s. v. dari petit quemadmodum copie literarum presentibus incluse attestantur' etc. Post pauca: 'humili precum instancia . . S. v. supplico . . s. v. dietam de qua Rex ipse scribit / et ad eandem legatum Apostolicum. virum doctrina clarum . . . plenoque mandato fulcitum mittere dignetur' etc. Des.: 'pro felici regimine ecclesie sue sancte Dat. lanndshuet.' Ludovicus, cognomine Dives, dux Bavariae, mense Novembr. 1465 Dr. Valent. Bernbeck, qui erat ipsi a consiliis, Romam oratorem misit, ut pacem inter Papam et Georgium Pod. componeret. Cfr. Palacky, p. 369 sq.; Jordan, p. 193 sqq.; Bachmann, Ein Jahr Böhm. Gesch. (Arch. f. öst. Gesch. Bd. LIV.) p. 131 sq., ap. quos vero nihil de nostra epistula. Capitula, quorum in tit. mentio fit, desunt; litterae Georgii laudd. eaedem videntur, quae infra nr. 27 ponuntur.

26, f. 106b—f. 111a *'Responsio Smi d. n. Pauli pape secundi ad literas ducis prefat.'* (Copia.)

Inc.: 'Paulus . . Dilecte fili etc S. et a. b. Quanto fervore pro catholice fidei unitate et pacis studio movearis / reddita nobis nuper nobilitatis tue epistola demonstravit' etc. Des.: 'Dat. Rome apud S. Marcum Anno . . Millesimo CCCCºLXVIº.' Huius respons. 6. Febr. 1466 datae, qua Papa pacem (cf. nr. praec.) refutavit, summarium habes ap. Palacky, p. 375 sqq., qui a Card. Carvajal conscriptam esse putat, ap. Jordan, p. 196 sq., nec non ap. Pessinam l. l. p. 770, 815 sq. — Germanice testibus Palacky et Jordan edita est ap. Eschenloer, Gesch. d. St. Bresl. Bd. I, p. 274, sed perperam ad a. 1465.

27, f. 111ab *'A Georgio heretico Sancti^mo domino nostro paulo pape IIº Epistola ad urbem* mittitur.' (Copia.)

Inc.: 'Beatissime pater . . Obedienciam cum veneracione . . Re^me pater. pridem rumor insonuit quod fiscalis v. s.^tis sug-

LENTII. TYPIS HERED. JOS. FEICHTINGER.

CATALOGUS
CODICUM MANUSCRIPTORUM

IN BIBLIOTHECA

MONASTERII CREMIFANENSIS

ORD. S. BENED.

ASSERVATORUM

IN MEMORIAM ANNI A FUNDATO MONASTERIO MC. JUBILAEI

EDIDIT

P. HUGO SCHMID,

PROFESSUS CREMIFANENSIS ET BIBLIOTHECARII ADIUTOR.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

TOM. I. FASC. II.

R. cat. 4° 1

LENTII.

PROSTAT IN LIBRARIA EBENHOECHIANA (HENR. KORB).

MDCCCLXXVIII.

(259: 259. q. Kremsmünster

gestione emulorum nostrorum motus' etc. Des.: 'conseruare dignetur incolumen pro felici regimine ecclesie sue sancte / Dat. Prage.' Haec Georgii Pod. ad Papam epistula 21. Oct. 1465. data, qua petit, ut processus adversus se institutos tollat et diaetam competentem indicat, Pontifici per regium oratorem Jaroslaum (Giroslaum) 15. Dec. h. a. tradita est. Cf. Palacky, p. 373 et Jordan, p. 191 sq., qui summarium dedit Germanice, sed Eschenloer secutus eam falso ad a. 1464. refert. — Nr. 26 et 27 quoque extant in cod. Pal. Vind. 4975 nr. 88, 95 (Tabb. codd. Vol. III, p. 462).

28, f. 112ª—f. 114ª *'Responsiua precedentis per S^mum d. n. paulum papam II. per Giroslaum nuncium ipsius Georgii heretici Anno LXVI circa med. Januarii.'* (Copia.)

Inc.: 'Paulus .. Georgio de podiebrat qui se regem boemie appellat. viam veritatis agnoscere / Causam declaracionis penarum iuris aduersum te ob heresim notoriam' etc. Des.: 'Tuum est igitur coram illis comparere . . et sentenciam expectare Quam illi . . . iustam procul dubio promulgabunt / Dat. Rome.' Huius respons. summarium habent Palacky, p. 374 sq., quo teste 12. Jan. 1466. data est, et Jordan, p. 192; Germanice edita est teste Palacky ap. Eschenloer l. l. p. 268, sed vitiose ad a. 1465.

29, f. 114ªᵇ *'Ad regem vngarie Paulus papa II.'* (Copia.)

Inc.: 'Paulus . . karissimo . . filio Mathie Regi hungarie illustri S. et a. b. Suspendit hactenus Apᶜᵃ Sedes processum quem inceperat contra Georgium qui se nominat boemie regem' etc. Des.: 'Dat. Rome Apud S. petrum Anno . . Millesimo CCCCºLXV. X kal. Aug. p. n. Anno primo.'

'Karissimo . . Mathie Regi vngarie illustri.'

Has Pauli II. ad Matthiam Corv. litteras, quibus ipsum hortatur, ut sententiae contra Georgium Pod. faveat et assistat nec foedus cum eo inire velit, commemorat Palacky, p. 356. Nr. 28 et 29 quoque habes in codd. Pal. Vind. 3484 nr. 9, 5 et 4975 nr. 96, 90 (Tabb. codd. Vol. II, p. 308, III, p. 462).

30, f. 114ᵇ *'Responsio Regis vngarie S^mo domino nostro ad preced.'* (Copia.)

Inc.: 'Beaᵐᵉ pater etc Mandat mihi per literas suas Apostolicas vestra S. vt processibus Apostolicis contra assertum boemie Regem Georgium faueam' etc. Des.: 'Dat. etc in profesto S. Nicolai Anno domini etc LXV.ᵗᵒ' Haec respons. Germanice legitur ap. Palacky, p. 361 sq., qui 2. Oct. 1465. datam esse et ab Jano Pannonio (cf. supra nr. 21) conscriptam dicit, Latine vero ap. Pray l. l. p. 30, ubi item subscribitur: 'Datum in castris in vado fluvii Drawae die II. Octobris MCCCCLXV'; nostra, si 'datum' excipias, concordat.

31, f. 115ª—f. 120ᵇ *Considerationes de concilium generale congregandi utilitate et necessitate, sine titulo.*

Incip.: 'Quod concilium generale congregandum sit et hoc sit utilissimum ecclesie dei ymo necessarium isto tempore declaratur Ex infra scriptis consideracionibus scil. ad defensionem christianitatis contra turchos et ad ecclesie reformacionem Primo quia contra ipsum necessaria est expedicio generalis' etc, lin. 6 sqq: 'ab eo autem tempore quo capta est constantinopolis usque ad hanc diem turchus occupavit plurimas prouincias et tantum territorii in decem et octo annis quantum fere hinc ad angliam' etc. Fol. 117ª init. haec: 'Item Decimo quia papa id iurauit et vouit / et cum votum sit de bono meliori tenetur servare' etc. Auctor nescio quis considerationibus 19 (in cod. falso 20 numerantur) absolutis in fine paucis complectitur, quod nec Papa nec Imperator habeant, quod universale concil. formident, et operis finem facit his verbis: 'Ini concilium. Coge concilium dominus tantum dirigat consilia eorum ad honorem suum et salutem populi christiani.' Ex initio liquet, tract. nostrum 18 annis post captam Constantinopolim (a. 1453.) i. e. circa a. 1471. esse compositum; videtur vero confectus Papa Paulo II. (cfr. nr. 14) adhuc vivo, qui iam ante electionem cum reliquis cardinalibus votum concil. generale intra triennium cogendi emiserat (vide Raynaldum, ad a. 1464, edit. l. T. X, nr. LIV. sq. p. 409). — Fol. 120ᵇ lineis 6 exceptis nec non fol. 121—124 integra carent scriptura.

32, f. 125ª—f. 151ᵇ *Dialogus de schismate inter oratores Urbani VI. Papae et Antipapae Clementis VII., sine titulo.*

Praefatio incip.: '[Enius magnus Jouis vicarius vasta superiorum culmina regnorum insolubilis concordie nexu / tranquillitati consocians' etc. De auctoris intentione et operis indole haec habes circa finem: 'turbacioni errabunde utilius. consulturus vestri disturbii et periculosi scismatis casum nouum et anxium . . . duobus oratoribus uelut sapientum collegio iudice constituto elucidande veritatis gracia . . . in vtramque partem trado disputandum atque per modum dialogi ventilandum A. et. b. sunt. qui tres cardinales et alios super hoc casu diligenter audiuerunt / Nemo eorum verbis offendatur . . quia illa que communis rumor et relacio / eorum auribus afflauit / attentis (sic) / non que inuidia aut proteruia suasit / aduocatorum more . . disceptancium / quilibet pro parte quam defensandam assumpsit . . quanto poterit coloratius recitabit' etc. Opus ipsum dividitur in partes sive capita 88, quarum cuilibet col. rubro et numerus et littera A vel B praecedunt; incipit autem titulo: 'B pars prima B. orator secundi electi' praemisso

sic: 'Lex iubet / iura sanctiunt / racio testatur omnia que vi metusue causa fiunt tanquam abortiua illegitimaque censeri' etc. Desin.: 'Et hac occasione horrenda prius enumerata euenire mala atque ecclesiam verisimiliter suam temporalitatem inde ut premisi perdituram. / Finis.' De electione Bartholomaei, Archiepisc. Barrensis, in Papam, qui se Urbanum VI. nominavit, 8. April. a. 1378. Romae facta et Roberti, Cardinal. Gebennensis, in Antipapam, qui Clemens VII. nominatus est, in civit. Fundana (Fondi) 20. Sept. h. a. habita, quae magni Occident. schismatis causa fuit, vide Hefele, Conciliengesch. Bd. VI, p. 630 sqq., p. 671 et Raynaldum, ad a. 1378, T. VII, p. 300 sqq. Dialogi auctor est *Henricus de Langenstein,* dictus *de Hassia,* mortuus a. 1397; nam capp. 66 et 67, quae ex Henrici dialogo ediderunt Baluzius in notis ad Vit. Pap. Avenion. T. I, col. 1236, 1305 sq. et Oudinus, T. III, col. 1262 sq., leguntur in cod. nostro f. 143^{b} sq. De auctore cfr. cod. Cremif. 8 nr. 20, de dialogo Aschbach, Gesch. d. Wien. Univ. Bd. I, p. 373, qui non nisi capp. 81 commemorat et unum eundemque esse putat ac 'Epistolam pacis.' Certe ab hoc dialogo differt eiusdem auct. 'Consilium pacis' (Incip.: 'Universis naviculae Petri gubernacula' etc) nec non alia similis argumenti opera, de quibus Aschbach l. l. p. 374 sq., p. 383 sqq. Baluzius, Oudinus et Aschbach duos dialogi codd. ms. biblioth. S. Victoris Paris. et Colbertinae excitant. Fol. 151^{b} pars inferior et f. 152—154 integra vacant.

33, f. 155^{a}—f. 157^{a} *'De Sacramento Eukaristie oracio.'*

Incip.: 'Non possem. p.(atres) optimi ex iniuncto mihi officio hoc dicendi onus iure denegare quod maxime facerem / Tanta est enim rei subtilitas' etc. Desin.: 'quem qui digne susceperit hic habebit graciam et in futuro gloriam Amen.' Habita est apud sacerdotes quosdam in festo Coenae Domini.

34, f. 157^{b}—f. 162^{b} *'In die Cene oracio.'*

Incip.: 'De ineffabili atque ut ita dicam inenarrabili eucaristie sacramenti commemoracione verba facturus / patres grauissimi / verbum illud inprimis occurrit . . . videl. Accipite et commedite hoc est corpus meum' etc. Post exordium: 'Accipite . . Tot tantisque rerum curis occupatus . . . optassem . . onus huiusmodi ad alium peruenisse / nisi et regencie officium mihi per totum meum ordinem in generali Capitulo Mantue celebratum (sic) impositum / et quorumdam hic astancium . . preces . . occurrissent . . . Ego vero . . huic tanto periculo . . me obieci / quod quantum sit . . quis facile cognouerit / si . . . considerare uoluerit / quod iam non tantum semel iterum atque iterum / sed eciam quarto vobis . . sapientissimis atque elegantissimis / inter quos nonnullos attentos

intueor / quorum et nominibus et personis nostra hec alemania quamplurimum decoratur hodierno . . eucaristie sacramento peroravi' etc. Desin.: 'quod pro nostri dei indignacione atque odio subintrabit illius gracia in presenti et in futuro sempiterna gloria / quam . . Amen.' (Sequitur spatium vacuum aliquot linearum.) Oratio habita est ab Ordinis cuiusdam generali (Ordensgeneral) in quadam Alemaniae Academia, ut videtur.

35, f. 162b—f. 166b *Matthaei de Placentia sermo de Coena Domini in illud: 'Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus . escam dedit timentibus se', sine titulo.*

Incip.: 'Satis equanimiter tolerarem ordinis nostri summe pater vosque viri integerrimi / si uel priuato magis loco uel de rebus minoribus . . a me hodie sermo ad vos habendus esset' etc, lin. 12 sqq.: 'Animaduerto preterea quod de tante rei excellencia non apud uulgares homines et plebeios / sed in hoc publico loco ante conspectum tot litteratissimorum virorum et claro sanguine illustrium . . sermonis debitum opus est persoluere' etc. Desin.: 'nos deducet in patriam ubi sine fine ipso beate fruendum erit vnacum patre . . Amen. *Matheus de placen'(cia).* Habitus est, ut videtur, apud Academicos; de auctore, qui Ordinis cuiusdam (S. Augustini, ni fallor) fuit, apud rei litterar. scriptores nihil repperi.

36, f. 166b—f. 169a *Sermo in Coena Domini, sine titulo.*

Incip.: 'Ne autem quodcunque quamuis corde conceperim necessario careat fundamento et in memet ipsum inexpertum meus labor protinus collabatur illius putabam auxilium implorare' etc et desin.: 'summa cum fide et deuocione oremus. in presenti per graciam . . Amen.' Habitus est in doctorum virorum coetu.

37, f. 169a—f. 170a *'Inuocacio divini nominis.'*

Sunt orationis exordii formulae tres. Prima incip.: 'Non sum mei iuris quo magnum seu rectum quippiam aut excogitare aut dicere possem' etc; in fine habes octo versus ad B. Virginem, quorum primus est: 'Dulcis amor mi virgo dei venerabile templum.' Ultima form., quae apta est ad orationem 'de corpore domini nostri ihesu christi' in Academia, ut videtur, habendam, incip.: 'Credo vos patres clarissimi quoniam me principio oracionis non modo magnopere exalbescere cernitis' etc.

38, f. 170b—f. 174b *Sermo 'In solempnitate beatissimi Augustini' super illud: 'Hic magnus vocabitur in regno celorum.'*

Incip.: 'Vtinam hac die presul sanctissimus / et doctor maximus Augustinus mihi suorum fratrum modico scintillam sapiencie sue concederet / qua ingentes eius laudes . . tanto

cetui virorum insignium . . graui atque compta oracione numerare possem' etc. In fine exordii auctor intercessionem S. August. implorat 'versibus rithmicis' (Leoninis) 10, quorum primus est: 'Lux doctorum norma morum / presul beatissime.' Fol. 172^{b} med. habes haec: 'Debeturque tibi tandem . . insignis urbs Mantue / quia hanc olim afflictam et inimicis vndique vallatam tu pater sancte deuotissime inuocatus . . affuisti et miraculo visibili liberasti. Cuius beneficii tam generosa domus Marchionum illustrium de Gunzaga et suus populus vniversus non ingrati ad annuum diem tui celeberrimi festi . . . altare tuum cumulatis muneribus ornant / Nec minus tibi se deberi confessi sunt quando tuus sacer ordo fratrum heremitarum generaliter hic vnitus ob eius reformacionem et vnitatem fuit ab eis ita care susceptus' etc. Desin.: 'in libris doctorum sancte matris ecclesie / in quibus summi viri sepe numero speculantur est inscripta Amen.' Habitus est a fratre Ord. Eremit. S. August. saec. XV. (f. 174^{a} mentio fit translationis S. Monicae a Papa Martino V. factae) et, ut videtur, in generali Ordinis capitulo Mantuae celebrato.

39, f. 174^{b}—f. 177^{b} *Sermo 'In Vigilia Natiuitatis Domini.'*

Incip.: 'Cras faciet inter vos / dominus mirabilia. Josue 3.° c. Eterni verbi incarnacionis misterium / dum ipse mecum summo studio . . tacitus cogitarem / vestrisque cuperem caritativis affectibus prestantissimi . patres . fratresque amantissimi pauca . . exprimere extimaui' (sic) etc. Desin.: 'obiectumque beatificum voluntatis . perpetuo quietatiuum viuens in trinitate perfecta deus verus . . Amen.' Habitus est, ut videtur, in religiosorum coetu.

40, f. 177^{b}—f. 180^{a} *Sermo 'In Circumcisione Domini.'*

Incip.: 'Stupendum satis et preter vires meas mihi assumptum negocium videtur quem tanta spectabilium peritissimorumque hominum . . concio circumuenit' etc. Desin.: 'Ego autem in domino gaudebo et exultabo. in deo Ihesu meo. qui cum patre . . Amen.'

41, f. 180^{b}—f. 183^{a} *Sermo 'In Epiphania Domini.'*

Incip.: 'Splendor immensi luminis lux vera omnem tenebrose mentis caliginem obumbrans / ab eterno lucis exordio principio carente prodiens deus dei filius' etc. Desin.: 'ubi quies gaudium et solamen nostrum erit sempiternum / quod et ipse vobis et mihi dignetur impertiri qui . . Amen.' — Sermones nr. 40 et 41 habiti sunt a viro religioso apud religiosos; fortasse serm. nr. 39—41 ab eod. auctore compositi sunt.

42, f. 183^{b} *Duae epistulae: ad Imperatorem, ut videtur, et ad Papam, sine titulis.*

Prior incip.: 'Quas clementissime princeps laudes aut gracias celsitudini vestre exhibere debeamus' etc. Altera, qua auctor nescio quis 'exposicionem' legationis cuiusdam tempore Imperat. Friderici factae introducit, incip.: 'Beatissime pater . . Soliti sunt viri clarissimi iuniores (?) suos in palestra premittere' etc.

43, f. 184$^{a b}$ 'Incipit *sermo contra fratrem Thomam priorem qui fuit degradatus Rome et suspensus ad furcas. et tandem divisus in .4. partes / factus per Bar. de zabarellis Archiepiscopum Spalatan. qui sentenciavit et degradavit eundem.*'

Incip.: 'Introducta est in auditorium nostrum. causa sceleris inauditi' etc, lin. 12 sqq.: 'Fuit homo iste Thomas nomine Campan. ex patre / munitus sacerdocio et vinculis religionis astrictus / fuerunt illi dignitates et gradus . . fuit illi summi pontificis gracia / et . . Cardinalium affectio non uulgaris' etc et post pauca: 'Non acquieuit homo iste scelestis / tam felicissime sorti . . Sed optavit omnem opulenciam ex sanguino nostro . . vrbem subuertere cogitavit / Munitissimum castrum sancti angeli occupare . . . in ipsum caput nostrum . . Eugenium . . insurgere' etc. Desin.: 'Jussit nobis Eugenius . . papa quartus Anno suo primo causam hanc secundum iuris rubricas terminari et exequi.' Deinde subscriptum est: 'Degradacio. De penis in VI.^{to}' De hac coniuratione a familia Columna (Colonna) contra Pap. Eugenium IV. a. 1431. facta, cuius principes erant Archiepisc. Beneventanus et prior Thomas, et de posterioris poena vide vitam Eugenii IV. apud Muratorium, Rerum Ital. scriptt. T. III, P. II. (Mediolani, 1734. 2.°) col. 869 et Gregorovius, Gesch. d. St. Rom Bd. VII, p. 30 not. 2. Bartholomaeus de Zabarellis (Zabarella), filius fratris Francisci de Zabarell., (de quo infra nr. 49) circa a. 1431. professor iuris Canonici Paduae, ab Eugenio IV. factus Protonotar. Apostolicus et Archiepisc. Spalatensis ac postea Florentinus, mort. 12. Aug. 1445. De eo eiusque scriptis cfr. Joecher, Th. IV, col. 2125 et Fabricium, Bibl. med. lat. T. VI, p. 331, qui tamen nihil habent de hoc sermone.

44, f. 184^{b}—f. 185^{a} '*Arenga graciarum actionum.*'

Est formula, qua pro facta promotione Juristarum Academiae gratiae aguntur; incipit autem sic: 'Illud semper a maioribus nostris acceptum intellexi Insignes ac preclarissimi viri' etc Desin.: 'qui hodierna die mihi quam plurimum honoris ac laudis eorum presencia attulerunt Ad laudem gloriosi dei Amen.'

45, f. 185^{b}—f. 186^{a} '*Epistola missa venetis per Fridericum Imperatorem Roman. secundum.*'

Incip.: 'Fridericus . . Roman. Imperator . . Duci nauium et suis / Graciam quam meruerunt Varius euentus fortune legitur in scripturis' etc. Desin.: 'fabula eritis et obprobrium nacionum / et excellencie uestre inprobrabitur in eternum.' Edita est inter epistolas Petri de Vineis Libr. II, Cap. XXXIV, edit. Iselii (Basil. 1740. 8.°) T. I, p. 299—301, ubi vero inscribitur: 'Bononiensibus, quod non elevent se in superbiam propter victoriam habitam de filio suo, et quod in continenti liberent eum'; cod. nostri textus passim paullo longior est multasque lect. variantes exhibet. — Petri de Vineis, cancellarii Imp. Friderici II. celeberrimi, epistularum libros III—V. habes in cod. Cremif. 183 f. 236ª sqq.

46, f. 186ª *Versus hexametri continui 26, gratulatorii ad Jacobum de Carraria, principem Patavinum.*

Titulus: 'Inclito et glorioso principi domino Jac. de Carraria.' Inc.: 'Summe parens rerum / summi regator (sic) olimpi' etc. Des.: 'Sed cuncti pariter concordi pace fruemur.'

Hi versus indubie pertinent ad Jacob. Carrariam, qui a. 1345. principatum Patavinum Marsilieti caede auspicatus et a. 1350. a Guilielmo Carraria inter medias epulas interfectus est (cfr. Raynaldum, ad a. 1345, edit. cit. T. VI, nr. XXII. p. 384 et ad a. 1350. nr. XXI. p. 512).

47, f. 186ᵇ — f. 196ª 'Incipit *sermo Magistri Theodorici. de Monasterio factus per eum in Concilio Constanciensi. Anno domini 1415.*'

Incip.: 'Re^{mi} patres prestantissimi . domini / domini Cardines terre / excel^{mi} presules doctores eximii . . super quibus deus posuit orbem / Etsi iuxta sacri Canonis veritatem. Omnia suis debent convenire temporibus' etc. Desin.: 'hereditatem accipiunt salutis Ad Hebre. V.° Quam hereditatem nobis concedat qui qui sine fine viuit.' (Sequitur spatium vacuum aliquot linearum.) Dixit de hoc sermone et quidem anonymo Walchius, Monim. med. aevi (Vol. I.) Fasc. IV. (Goettingae, 1760. 8.°) praefat. p. IIII sqq., qui sententiam Hardtii (in fastis Concil. Constant. T. IV. praemissis p. 41) secutus, quin 28. Febr. a. 1417. habitus sit, non dubitavit eumque edidit eod. fasc. p. 1—44 tit.: 'Auctoris anonymi oratio de reformatione infeliciter dilata in conc. Constantiensi . . dicta'; cod. nostri textus, si titulum et lect. variantes haud paucas excipias, concordat. (Cfr. quoque nr. 48.) Ex Walchio sermonem commemorat Hefele, Conciliengesch. Bd. VII, p. 302. In cod. Vindob. 4300 nr. 14 (Tabb. codd. Vol. III, p. 233) idem sermo extat tit.: 'Sermo coram concil. Constant. a. 1416 in quadragesime' eidemque auctori tribuitur, cui immediate praecedens 'Sermo a. 1416 pro exequiis (Federici Frezzi) episc. Fulginatis habitus' i. e. Leo-

nardo Statii de Datis, ex quo codice eorum excerpta dedit Denis, Vol. I, Cod. CCCCXVI. col. 1560 sqq., qui tamen ambos ineditos putat. De isto Leonardo de Datis, qui Ord. Praedicat. ingressus concilio Pisano et 26. Mai. 1414. ad supremum Ord. regimen evectus concil. Constant. interfuit obiitque a. 1425., agunt Quetif et Echard, Scriptt. Ord. Praed. T. I, p. 755 sqq., ubi quidem narratur, eum 8. Mart. 1416. Dom. I. quadrag. 'coram tota synodo' perorasse, sed inter scripta (nr. 1.) sermo errore fortasse typi ad a. 1415. refertur, nec non Walchius op. cit. (Vol. I.) Fasc. III, praef. p. XXVIII sqq., qui orationem in conc. Const. 1. Mart. 1416. habitam et ab ipso eod. fasc. p. 127 sqq. editam (a nostro serm. diversam) recenset. Hardtius, Conc. Const. T. IV, P. VIII, col. 620 ad 8. Mart. 1416. habet haec: 'Dom. I. Quadrages. F. Leonardus Statii, ord. Praed. Generalis Magister, pro concione multa de auctoritate Pontificis supra Ecclesiam doctissime disseruit'; eundem serm. ac nostrum laudat Schelhornius, Amoenitat. literar. T. XI, p. 216 ex cod. Blavifont. his vocibus: 'Sermo Generalis Ord. Praed. Dom. I. Quadrag. A. MCCCCXV'; eidemque ergo Leonardo de Datis tribuit. Uter sermonis nostri auctor sit, decernere nequeo. — Theodoricus de Monasterio (Münster in Westphalia), S. Theolog. professor in universit. Coloniensi eiusque legatus in concil. Constant. De eo et eius sermonibus cfr. Fabricium, Bibl. med. lat. T. VI, p. 227 et praecipue Walchium op. cit. (Vol. I.) Fasc. II, praef. p. XXX sqq. et fasc. III, praef. p. XXV sqq., qui laudant duos panegyricos in conc. Const. habitos, priorem (in illud: 'Qui sequitur me' etc) 4. Jul. 1415. (editum a Walchio l. l. Fasc. II, p. 79 sqq.), alterum (in illud: 'Ite et vos in vineam meam' etc) de infanda ecclesiae corruptione 16. Febr. 1416. dictum (edit. a. Walch. Fasc. III, p. 95 sqq.); laudaverat antea Hardtius in fastis Conc. T. IV, p. 30, 35, qui et in prolegom. T. V, p. 22 sqq. excerpta dederat. His addendi sunt eiusdem sermo factus in conc. Const. domin. XVIII. post pentec. (incip.: 'Vade in domum tuam . . Hec verba recitata fuerunt' etc), qui extat in cod. Vindob. 3759 nr. 17 (Tabb. codd. Vol. III, p. 80) et 'Sermo in conc. Const. A. d. 1418 factus' etc. (in illud: 'Si veritatem dico' etc), qui habetur in cod. Sangall. 805 p. 88 sqq. (St. Gall. Hdschr.-Cat. p. 268) et, ut videtur, 'Sermo magistri Tithedrici' (in illud: 'Vade in domum tuam' etc), cuius initium et excerpta dedit Denis, Vol. II, col. 2239 sq. Cod. DCCCCXXV. (nunc cod. 4958 nr. 56) et nostri Theodorici esse putat; brevis collationis per eund. Constantiae in crastino Epiphaniae coram Papa a. 1415. factae mentio fit in epistola ad universit. Colon. per legatos eiusdem directa, quam habes

editam ap. Martene et Durand, Thesaur. nov. Anecdot. T. II. (Lutet. Paris. 1717. 2.°) col. 1609 sqq.: sed serm. hi omnes a praesenti differunt. A nostro Theodorico (Kerkering) de Monast., qui ante a. 1425. obiit, accurate distinguendus est Theod. de Monast. iunior, proprie Dietricus Cölde et Theod. de Osnabrugo quoque dictus, Ord. Min., qui mortuus est Lovanii 11. Dec. 1515. (cfr. Potthast, Bibl. hist. Suppl. p. 114).

48, f. 196ª—f. 209ᵇ *Sermo in illud: 'A dextris et a sinistris', habitus in concil. Constantiensi dom. I. quadrag., sine titulo.*

Incip.: 'A dextris . . 2ᵉ cor. 6.° c. et in epistola hodierna / Graciarum celestium fontalis et originaria / sic a dextris in bonos influit / quod a sinistris in malos per bonorum per bonorum (sic) suffragia se diffundit' etc. Circa exordii finem: 'benedicimus . . cum illo preclaro antistite Appamen. ordinis nostri domino dominico Grinia metrice inquientes / Porta salutis aue a dextris per te patet exitus a ue / a sinistris' etc et paullo post ipsius serm. initium: 'Cernebam ergo cui quando et ubi presentem sermonem haberem digerere / Et cui? In generali Concilio sancte matris ecclesie / Et quando ? In dominicali principio sacrate penitencie / Et ubi ? In locali medio Ciuitatis Canstancie (sic) . . Et ecce paulus . . inquit verbum tribus prefatis oportunum A dextris . . Quod quidem verbum trifaria sub consideracione scil. Concilii generalis / Temporis penitencialis et loci Constancialis prosequendum fore introductionis proposite ordo iubet' etc. Fol. 200ᵇ med. haec: 'Sed quare sathan a dextris ecclesie uel huius sacri Concilii stare dicitur ? Respondet auctoritas ut aduersaretur ei. Et in quo uel quibus ? In illis profecto tribus et valde necessarie bonis. fiendis auxiliante domino in hoc sacro Concilio generali / que sunt / Scismatum heresumque exstirpacio / ecclesie reformacio / vnici et indubitati pape electio' etc, post pauca: 'Et licet presumendum sit Quod ponentes Auisamenta in hoc sacro Concilio circa bonum statum et reformacionem Ecclesie / sancta intencione mouentur / Nihilominus tamen circumspiciendum est ne sub specie non ipsi Auisamenta ponentes / sed ipse Sathan intendat mala grauissima' etc. Auctor deinde quattuor sathanae praecipue contra Ordines mendicantium praetensiones refutat; in prima (f. 201ª) habet haec: 'Hac arte fortassis sathan . . nunc utitur / cum in destructionem ordinum mendicancium cuiusmodi sunt predicatores Minores Augustinen. Carmelite sub pretextu pacis et reformacionis ecclesie machinatur / Nempe in quodum tractatu de reformacione ecclesie in hoc sacro Concilio ut fertur composito / et iam a quampluribus copiato et ad multas partes iam delato' etc, in II. (f. 202ᵇ med.): 'Norunt domini qui sunt hic

de Alma vniuersitate Tholosana matre mea qualiter Tholose certis in Anno diebus predicatores . . in hospitalibus . . predicant' etc. Circa finem (f. 209[a] lin. 4 sqq.): 'Restat nunc . . ad presens tempus applicacio ualde breuis. Equidem in presenti tempore quod est tempus marcii et penitencie dextram et sinistram considerare iuuat / Est enim hoc tempus Marcii finis horride hyemis quasi a sinistris / et principium florigeri veris a dextris' etc. Desin.: 'hic centuplum accipiet et in futuro vitam eternam habebit / quam nobis concedat qui . . Amen.' Passim lect. variantes in ipso textu collocatae et marginibus argumenta breviss. ascripta sunt. Praeter libros biblicos laudantur: Bernhardus, Glosa, Gregorius, Chrysostomus, Seneca, 'Magister Frater Guillermus de petra alta ord. nostri in sua summa aurea de viciis et virtutibus' (f. 199[a b], 207[a]), 'Jo. Boc. de casu virorum illustrium' (f. 198[b]), 'Jo. de Spoliato' (f. 202[b]), 'papa Alexander 4[tus]' (f. 207[a]), alii. — Sermo, in quo multa dicuntur de morum reformatione clericorum, habitus est ante Papae Martini V. electionem (11. Nov. 1417.), sed post mortem Hussii (6. Jul. 1415.) et Hieronymi de Praga (30. Mai. 1416.) (cfr. f. 202[a]), ergo ad a. 1417. referendus est, quo anno (teste Hardtio in fast. Conc. T. IV, p. 41) dom. I. quadrag. in 28. Febr. incidit; 'tempus Marcii' itaque de tempore Martio proximo intelligendum est. Sed, si conferas, quod Hardtius et Walchius de serm., quem modo nr. 47 recensui, eod. anno eademque die habito iudicarunt, libenter fateor, me non posse difficultatem solvere, quum vix credibile sit, eadem domin. in concilio duos fuisse sermones habitos. Tractatus de reformat. eccles. (cfr. f. 201[a]) indubie est Petri de Alliaco, qui legitur ap. Hardtium op. cit. T. I, P. VIII, p. 409 sqq. tit.: 'Petri de Alliaco Card. Camerac. Canones reformandi ecclesiam in Concil. Constant. A. 1416. cal. Nov. in ipso Concilio Gen. scripti et oblati'; nam refutatio nostra manifeste huius tract. cap. IV. inscriptum: 'De Reformat. status Religiosorum ac Monachorum" etc. respicit; immo Petrus de Alliaco ipse contra serm. nostrum graviter insurgit in additamento ad suum serm. de S. Francisco primo coram universit. Parisiensi habitum et denuo in conc. Const. publicatum, cuius addit. initium et excerptum dedit Denis, Vol. I, col. 2174 sq. Cod. DLXXII. (nunc cod. 3947 nr. 20) et nescio qua causa motus Joh. de Falkenberga Ord. Praed. auctorem serm. nostri esse suspicatus est. Haud pauca quidem de hoc viro et eius in concil. Const. praesentia habent Quetif et Echard, T. I, p. 760 sqq., sed nihil de hoc serm. Praeter Denis l. l. nemo, quod sciam, sermonis mentionem fecit; de auctore nihil liquet, nisi Ord. Praed. fuisse et in universit. Tholosana (cfr. f. 202[b]) studiis se dedisse.

49, f. 210[a]—f. 212[b] *'Fran. de zabar(ellis). doctissimo et optimo viro. d. petro de Abiarottis patauino iurisconsulto / consolatoria de obitu sui germani.'*

Incip.: 'Suorum obitum flere prohibent philosophi / Multos tamen philosophorum fleuisse suos et sepius legimus' etc. De mortuo (f. 210[a] med.): 'Quid ni igitur doleam / eoque magis quod non etate victum / non fractum viribus . . sed iuuenem et fortem et sanum perdidi / Quadragesimum annum non dum accesserat . . . Labores nullos pro republica recusabat . . pro qua eciam republica (si qua tamen ulla iam nostra est respublica) vitam posuit / Ipsa namque luce qua febribus laborare cepit a mane in vesperam pro tuicione nostre urbis in armis fuit et inde supercalefactus occasionem morbo prestitit . . . Heu itaque Andrea frater Heu non tibi sed michi' etc, post pauca: 'felix qui patriam morientem non videbis . . nec audies planctus et suspiria que passim tota urbe nostra peruagantur / Intus enim fames et seua lues / extra vndique hostes infensi / miseri ciues / et agrestes / quos in urbe belli timor inclusit / Hinc fame cruciantur inde pestilencia passim cadunt / alibi hostium spiculis et sagittis et telis . . confodiuntur' etc. Fol. 211[a] med.: 'Hec sine ullo exemplo pestis crudelissima / vici nostri exusti. pecora per hostes rapta / vites succise. vastate segetes / agri deserti et inculti / Ciuium et villicorum nostrorum magna pars est in hostium captiuitate / vndique in urbe fletus et gemitus / Clarissime et opulentissime quondam familie carent panibus / multi per plateas fame cuecti aut morbo letifero absumpti concidunt Alii sub portis mortui iam iacent insepulti / Fetor horribilis ex cadaueribus et immundiciis tota vrbe' etc. Desin.: 'In citadella patauino opido VII ydus Augustus. 1405. *Franc. de zabarellis.*' De urbis Patavinae a Venetis obsessione, in qua XL millia civium fame et peste perierunt, refert Raynaldus, ad a. 1405, edit. laud. T. VIII, nr. XXIII. p. 144 sq. Franciscus Zabarella sive de Zabarellis, Patavinus, ibid. et Florentiae iuris Pontific. clarissimus interpres, postea Archiepisc. Florentinus et a. 1411. Diac. Card., Sedis apostol. legatus ad Imp. Sigismundum de loco concilii acturus et in concil. Constant. inter patres eminentiss. numeratus Constantiae 26. Sept. 1417. obiit. De eius vita et operibus vide: Ciaconium, T. II, col. 1090 sq.; Fabricium, Bibl. med. lat. T. VI, p. 330 sq.; Jöcher, Th. IV, col. 2125 sqq.; Cave, Vol. II, App. p. 87; Hefele, Bd. VII, p. 67 sqq., p. 321; [Guid. Panzirolum, De clar. Legum Interpr. L. III, c. 28; Hier. Tiraboscum, Hist. Lit. Ital. T. V, p. 306] nec non Joh. Franc. Poggii orationem Constantiae 1417. in eius funere habitam, quae legitur apud Hardtium, T. I, P. IX, p. 537 sqq. — In cod. Vindob. 4498 nr. 12, de quo Denis,

Vol. I, Cod. CLXXXII. col. 514 sq., extat Franc. de Zabar. 'Sermo factus anno 1047. (lege 1404.) quando iuimus Ambasiatores d. n. francisci (II.) de carraria domini padue prolatus . . coram sereniss. (Carolo VI.) francorum Rege'; nullibi tamen epistulae nostrae, cuius fragmentum (lin. 4 et dimid.) ead. manu scriptum habes quoque in cod. Cremif. 10 f. 289^{b}, repperi notitiam.

50, f. 212^{b} – f. 216^{a} *Oratio in illud: 'Sicut audiuimus sic vidimus', habita dom. IV. post trinit. ad legatos Galliae et universitatis Parisiensis, sine titulo.*

Incip.: 'In nomine christi Amen. Re^{me} domine etc Quamuis in honesto genere cause qualis hec est / de qua aliquantisper breue aliquid attingam / recte liceat' etc. Desin.: 'ipse perficiat confirmabit solidabitque . ipsi gloria et imperium . . Amen.' (Sequitur spatium vacuum aliquot linearum.) Habes hanc orat. editam ap. Hardtium, T. II, P. II, col. 67—78, ubi inscribitur: '*Pilei Archiepisc. Genuensis* oratio in Legatorum Galliae et Academiae Parisiensis, ad Pisanum Concil. maturantium, adventu, Genuae A. 1408. mense Junio habita, de imminente duorum Pontif. Gregorii XII. et Benedicti XIII. Papatus renunciatione, a Gallis commendata, et in Pisano Concil. perficienda'; textus noster lect. variantes haud paucas exhibet, quarum nonnullae illis editionis praeferendae sunt. — De variis ad tollendum schisma conatibus a. 1408. irritis adi Raynaldum, ad hunc ann., edit. l. T. VIII, nr. I. p. 194 sqq. et Hefele, Bd. VI, p. 775 sqq.; legati regis Galliae a. 1408. commemorantur in Epistola Januensium ad hunc regem et in 'Epistola Benedicti Pap. XIII. ad Gregorium VI.' (leg. 'XII.') missa, quae leguntur ap. Martene et Durand, Vet. scriptt. collect. T. VII. (Paris. 1733. 2.°) col. 778 sqq.; omnes tamen nihil habent de hac oratione. De Pileo, Archiepisc. Januensi sive Genuensi, qui concilio Constant. a. 1414. haberi coepto cum magna auctoritate interfuit, vide: Fabricium, Bibl. med. lat. T. V, p. 298; Hardtium, T. IV, P. III, p. 143, 153 et Hefele, Bd. VII, p. 116 sqq.; eius 'paraenesis ad Sigismundum Imp. . . de reformat. ecclesiae in Concilio Constant. prosequenda' edita est ap. Hardtium, T. I, P. XV, p. 812 sqq. et denuo ap. Labbeum, Concil. edit. Coleti T. XVI. (Venet. 1731. 2.°) col. 1303 sqq.

51, f. 216^{b}—f. 228^{b} '*Collacio Clementis pape VI. In Approbacione Karoli in Romanorum Regem electi / VI nouembris pont. sui Anno V.°*'

Incip.: 'Salomon sedebit super solium meum . . III^{i} Re. primo. Sicut audiuistis nuper per Archiepiscopum pragensem / proponendo negocium eleccionis karissimi filii nostri Karoli

in Regem Romanorum electi' etc. Desin.: 'post multa annorum tempora in celesti regno gaudeatis quod nobis et sibi concedat qui . . Amen.' Eand. collationem recenset et summarium dedit Denis, Vol. I, col. 2747 sq. Cod. DCCLVII. (nunc cod. 1543), ubi titulo additum est: 'Anno domini M.°CCC.°XLVI.'; sed verba approbationis, quae ibid. ad calcem leguntur, in cod. nostro desunt. Denis l. l. collat. ad sua usque tempora ineditam putat, et, num postea edita sit, ignoro. — Clemens VI., antea Petrus Rogerius dictus et Monachus in Abbatia Casae Dei (Chaise—Dieu) in Avernia Ord. S. Bened., deinde Parisiis magister in Theologia praeclarus et gradatim Prior S. Basilii Nemausensis, Abbas Fiscannensis, Episcopus Attrebatensis, Archiepisc. Seonensis ac a. 1330. Rothomagens., a. 1337. presb. Card. promotus, tandem 7. Mai 1342. in Papam electus, mortuus 6. Dec. 1352. De eius vita vide: Baluzium, Vit. Pap. Avenion. T. I, col. 243 sqq.; Ciaconium, (T. I.) col. 891 sqq.; Ziegelbauer, Hist. rei litt. Ord. S. Bened. P. III, p. 180 sq.; Oudinum, T. III, col. 929 sqq.; Reumont, Gesch. d. St. Rom Bd. II, p. 845 sqq.; Gregorovius, Bd. VI, p. 223 sqq.; de operibus: Ziegelbauer l. l. et P. IV, p. 199, 244 sq., p. 636; Oudinum l. l.; Fabricium, Bibl. med. lat. T. I, p. 395; Baluzium in notis ad vit. Pap. Aven. T. I, col. 909, ubi eius facundia laudatur: collat. nostrae Possevinus, App. sacr. T. I, p. 372 et Oudinus tit.: 'De approbatione Caroli regis' nec non Palacky, Gesch. v. Böhm. Bd. II, 2, p. 269 not. 359 mentionem iniciunt. Clementis VI. diploma, quo Caroli IV., Johannis Bohemiae regis filii, in Roman. regem electio (11. Jul. 1346.) confirmatur, 'Datum Avinion. VIII. id. novembr. anno V.' (i. e. 6. Nov. 1346.) dedit Raynaldus, ad h. a., T. VI, nr. XXXIV. p. 406 sq.

52, f. 228^{b}—f. 239^{b} *Johannis Hugnetti de Metis collatio facta in concilio Constant. domin. IV. post epiph. anno 1416, sine titulo.*

Incip.: 'Facta est tranquillitas magna. Verba hec originaliter scribuntur Mat. VIII. c. recitative autem in euangelio dominice presentis. Re^{mi} re^{di}que patres et domini / Murus et antemurale. Domus israel gloriosi. propugnatores nauis ecclesie militantis / Si nostri ortus exordia si nostre peregrinacionis exilium . . si demum humane mortalitatis occasus in hoc maris procellosi diluuio perpendamus' etc. De themate (f. 229^{a} med.): 'tercia potest esse nauis speculacio secundum sensum allegoricum scil. de naue ecclesie militantis de qua erit consideracio presens' etc et paullo post: 'Quid igitur de ipsa Naue in uisione nuper apparuit . . . vestris reuerenciis depromere duxi In cuius visionis prima parte de quiditate

Nauis et situ eius / de causis / partibus / et armamentis seu ministris principalibus tractabitur / In secunda de patrono / Nauclero / officiariis seu nautis ministris et incolis eius videbitur / In tercia et finali / vnde tempestas orta est in mari et naue hac / qualiter continuata est et quomodo per tranquillitatem salutarem celeriter sedabitur' etc. Auctor quasi in visione constitutus in I. parte navem (ecclesiam) eiusque partes, in II. navis patronum (Jesum), nauclerum (summum pontif.) etc. allegorice explicat, in III. 'de tempestate et tranquillitate subsecuta' agit. De schismate haec (f. 236[a]): 'Sathan . sciens . . quia omnis diuisio tendit ad corrupcionem . . huius pestiferi scismatis per eum suscitata horribili tempestate in capite et in membris nauis huius mutue dileccionis et vnitatis vinculum in crudeles divisiones atque belli perniciem commutauit / Propter quod redactum est ipsius gloriosissime nauis regimen in gemebunde confusionis obprobrium / Vt ipsa duobus naucleris . . visa fuerit ridiculo alligata / vnus ad orientem nauem duci iubebat alius ad occidentem / vnus excommunicabat / in ipsius autem contemptum alius absoluebat' etc. Enumeratis deinde aliis tempestatibus (f. 236[b]): 'Hee namque tempestates . . hee bestie / velut monstra inaudita . . . nauem istam prostrauerunt ecclesiam / que hiis pene operiebatur fluctibus . . . Ihesus autem patronus scil. nauis huius dormiebat' etc, f. 237[a]: 'presertim in hoc sacro Concilio Constancien. congregati propter premissa frequenter fere de vita atque statu desperantes . . patronum ipsum christum ihesum . . suscitarunt' etc, post pauca: 'Nouissime vniversa multitudo discipulorum . . exclamavit voce magna Domine salua nos perimus . . Et quia surgens patronus non imperavit ventis et mari / neque sequebatur tranquillitas . . Et hoc ammiratus sum vehementer / Veritas autem . . inquit / Non mireris . . In primis namque licet . . . francorum rex / iteratis vicibus nauem ipsam laceratam et diuisam in vnitatis gloriam frequentissime reduxerit et nihilominus ab exordio huius detestandissimi scismatis / tam suos sollemnissimos Ambasiatores duces et principes . . quam alios dignitate . . experienciaque probatos fere in singulis partibus huius ecclesie nauis . . pro concupita tranquillitatis dicte nauis gloria consequenda curiose (f. 237[b]) transmiserit / Concitante ymo quadammodo opus hoc . . originaliter dirigente et promouente . . preclarissima matre mea uniuersitate parisien. / licet preterea . . Sigismundus Roman. etc Rex . . . hoc fere desperatissimum opus . . constantissime aggressus est . . . Nihil in uotis gerens ardencius . . quam ut sub indubitato nauclero / nauis ipsa salubriter reformata . . regeretur . . . . Licet postremo ad octo fere lustra viri et sancti patres . . .

clamauerint ad dominum pro desiderantissima tranquillitate obtinenda', paullo post: 'Non tamen ignores inquit veritas quod cum propter nauigancium peccata inania orta est tempestas antedicta . . propterque ipsorum incorrigibililatem continuata . . . . nec eciam (f. 238[a]) post tribulacionum procellas . . prospero velo nauigabit nauis ista eciam post adeptam peroptatam vnionem nisi hanc causantes tempestatem / et per symoniam pompas exactiones . . ac alios abusus nauem ecclesiam in se et suis membris assidue scandalisantes per caritatiuam monicionem ac correctionem uel alias prout expedire decernet sacrum generale concilium / futurus summus antistes iudices competentes per morum reformacionem' etc, f. 238[a] med.: 'Verba autem sua ad congregacionem Synodalem dirigens veritas ait / o viri israelite . . O naute . . nauis huius . . O sacrum . . Concilium . . vides quantis heresibus / erroribus . . opprimitur nauis ista . . eciam clamantibus populis contra reuerencias vestras / Quid hic statis tota die ociosi? . . Non igitur . in ipsius reformacione pernecessaria precor negligenter agatis . . . . nec reuerencias vestras ammodo excusat . . absencia nauis huius inuictissimi pugilis antedicti Sigismundi etc . . Ipse namque iam oportune importune hoc Sacrum concilium . . (f. 238[b]) incitat monet et exhortatur . ut ipsam nauis reformacionem pernecessariam continuet' etc. Patres ad constantiam contra eos, qui reformationem impedire conantur, admonitos alloquitur (f. 239[a]): 'Si insuper in Nauclerum pernecessarium et rectorem ipsius nauis virum nobis elegeritis . . non pomposum / non ambiciosum et alias pontificis condiciones habentem . . non preualebunt aduersus nauem istam . . aduersarie potestates' etc et futurum papam: 'O pater sancte . qui ut presumitur in medio nostrum es . . . qui de proximo constitueris super gentes et regna . . . Numquid illos acerrime corripies . . in quibus a planta usque ad uerticem reuera sanitas non est . . Numquid per vexacionem eis intellectum tribues . qui hanc reformacionis . . gloriam / ac desideratissimam impediunt vnionem' etc. Desin.: 'in splendore luciflue stacionis sydereas merebitur ingredi mansiones / Ad quas nos dirigat patronus ipse nauis huius qui est . . Amen.' Sequitur subscriptio: 'Suprascripta collacio facta est in Concilio Constanciensi per *Johannem Hugnetti de Metis* licen. in legibus nuncium vniuersitatis Auinionensis / Dominica IIII[a] post Epyphaniam domini / Anno domini . 1416.' Marginibus argumenta brevia ascripta sunt. De Johanne Hugenetti (de Huguoneti) de Metis nihil Fabricius, Bibl. med. lat. T. IV, p. 85 et Walchius op. cit. (Vol. I.) Fasc. III, praef. p. XXXVIII sqq. narrant, nisi eum Licentiatum in legibus et in conc. Const. nuntium univers. Avenionensis fuisse, nec

ullam collat. commemorant, nisi orat. de B. Dominico in conventu Praedicat. Constantiae habitam, ex qua quaedam affert Hardtius in prolegom. T. V, p. 26 sq. et integram edidit Walchius l. l. p. 207 sqq. tit.: 'Hugenetti . . panegyricus pro maturanda eccles. reformat. in conc. Const. d. IV. Aug. a. 1417. dictus'; praeterea Hefele, Bd. VII, p. 304 not. 1 ex cod. Tübing. excitat eius serm. Constantiae in festo S. Thomae Aquin. (7. Mart.) habitum, quem ad a. 1417. refert (cfr. quae infra nr. 68 dixi): omnes ergo nullam collat. nostrae notitiam nacti. Hardtius in fastis Conc. T. IV, p. 35 ad dom. IV. Epiph., in qua simul festum Purificat. Mariae celebrabatur, non nisi habet haec: 'Processio pro Caesare absente. Nobilis oratio habita de statu Ecclesiastico emendando.' His ex cod. nostro addo, Hugenettum in universit. Parisiensi (cfr. f. 237^{b}) studiis vacasse.

53, f. 239^{b}—f. 240^{a} *Notae duae de insignibus armorum Ducis Bavariae, sine titulis.*

Prior incip.: 'Nota dux pro tempore Bauarie / in quantum Palatinus Reni defert pro insigniis Armorum / figuram Leonis aurei in campo nigro' etc, altera, quae a fine mutila esse videtur, incip.: 'Idem princeps in quantum dux bauarie defert in armis suis multas figuras angulares' etc.

Fol. 240^{b}—241^{b} scriptura vacant.

54, f. 242^{a}— f. 248^{a} (festinanti calamo) *Sermo habitus in concil. Constant. domin. XXI. post trinit., sine titulo.*

Incip.: 'Confortamini in domino. VI.° ad Ephe. c. Et in exordio epistole hodierne patres r. egregiique doctores et domini / Confortantis egens auxilio interiorem vestrum hominem aggredior supplicando / O inquam homo trinitatis ymago secundum cuius partem supremam scil. voluntatem / nec fatum nec fortuna . . etsi possent decipere . . nequaquam tamen possunt impellere pro te trahendo' etc. In exordio med. legitur: 'supplicantes ut Agnus sponsus virginum / sponsam suam dignetur inspicere . . Ecclesiam sibi de honesto prouidendo vicario spirituali / postquam facta ymo fracta fuerat ciuitas magna in tres partes Apoc. XVI° Eciam ut Rex ille . . Regi Romanorum suo temporali vicario tribuat vices gratas' etc et circa exordii fin.: 'De incarceratis in purgatorio non simus immemores et sic more ecclesie Anglicane. effundamus . . oracionem' etc. De argumento (f. 242^{b}) med.): 'Confortandi sunt primo circa fidem milites defendentes / 2° in ecclesiasticis officiis operantes / 3° confortandi in domino debiles et egrotantes' etc. Agitur in I. parte de idolatris mysticis (clericis avaris) et tyrannis domesticis (pastoribus malis), 'de hereticis et ypocritis'; clerici monentur (f. 245^{a}): 'sufficiat

verbum Jeremie (?) . . Oportet nos inquit hoc esse quod esse videmur / Singula quidem clericatus insignia virtutes clamant / Clamat corona paupertatem / vestis animi honestatem . . clamat professio religionem . . Et ideo ut non nisi (sic) virtutibus polleamus / mentitur caput / mentitur habitus . . . mentitur professio . . ac per hoc non sumus clerici nisi ficti' etc et f. 245^{b} med.: 'Cogitas fortassis quod sufficit condere iura / propalare edicta . . fulminare sentencias / scribere codices / transmittere bullas? Non ita fortassis . quia estimo populus expectabit facta ultimate / non verba / conuersaciones / non codices recolent' etc. In II. parte haec (f. 246^{a}): 'O igitur in petri nauicula nauigantes specialiter . . Cardinales Petri piscantis nostis officium / attendatis consorcium / Non secum fuit symon magus / Judas et Giczi . . . Non tamen dixi in curia fore piscandum / ubi forte pro piscibus eructabit fluuius multitudinem ranarum / Et ne reclament nimis alte taceo ad presens de his ramis' etc, paucisque interiectis: 'Sed proch dolor vidi ierusalem (f. 246^{b}) dispersum quasi gregem non habentem pastorem / Nam supremus pastor . . Aufert a pastoribus canes / aufert et oues / Canes scil. per ecclesiarum parrochialium nephandissimas vniones / oues per dispensaciones ymo dissipaciones exempciones / indulgencias et priuilegia quin verius prauilegia' etc; in III. parte, in qua ecclesia cum synagoga comparatur, (f. 247^{b}): 'Tempus sequitur detrimenti / Egrotat synagoga egrotat Ecclesia . . . sequitur Europa vix et non tota christum / Hic et ibi fit venale sacerdocium ibi tres de pontificio contendentes iason menelaus onias / hic Johannes Benedictus Gregorius / vtinam dicat ymo perficiat sacrum Concilium / succidens pastores mense vno / Zach. 11.° vtinam mense isto' etc. Desin.: 'Nos igitur confortari dignetur Rex ille pacificus qui confortancia nobis emit precio sanguinis sui cordis Amen.' Postremo ab ipso scriptore adiecta est nota: 'Sermo precedens prorsus falsus est nec corrigere potui quia exemplar omnino mendosum et falsum erat.' Textus sane multa calami menda nec non passim parvas lacunas et sensum minus planum exhibet. Laudantur auctores: Augustinus, Isidorus, Bernhardus, Hieronymus, Chrysostomus, Gregorius, 'Auic'(enna), Alanus, 'Salustius', alii. Sermo, ut thema docet, domin. XXI. post trinit. et quidem ante depositionem Papae Joh. XXIII. (29. Mai. 1415.) habitus est (cfr. f. 247^{b}), ergo ad a. 1414. referendus; sed a nullo commemoratur. Auctorem, qui fortasse alicuius Ordinis fuit, Anglicanum fuisse, ex exordii fine conicio. — Fol. 248^{a} lin. 10 exceptis vacat scriptione.

55, f. 248^{b}—f. 254^{b} *'Sermo de Corpore christi.' habitus in concil. Constantiensi.*

Incip.: 'In diebus famis saturabuntur / Scribit hec verba famelicus ille vir desideriorum / olim mensa celesti pastus abunde / et torrente divine voluptatis copiose potatus / Regius et eximius prophetarum david li. soliloquiorum eius psa. 35°' etc. Agitur de spirituali et multo plenius de sacramentali eucharistiae sumptione ac de fructibus 'salutaris percepcionis illius', quorum XII numerantur. F. 252ª haec: 'Quia igitur in conspectu Sacri Concilii generalis / astas et loqueris / de his rebus disseras oportet pro quibus principaliter Sacrum hoc Concilium Constanciense quottatum est. atque congregatum / vtpote de materia vnionis ecclesie / de racionabilitate vtilitate et necessitate cessionis papatus protinus facilius securius et quietius presenti scismate sedando / de iusta deiectione seu deposicione Balthasaris nuper Johannis XXIII / et ceteris qui vnionem et pacem vniversalis Ecclesie propius videntur concernere / Aut si magis placeret de reformacione ecclesie tractare vehementer vrgebat zelus iste ecclesiasticorum nostri temporis deprauatos et impudentissimos mores arguere .... Addebat postremo mee professioni theologice consonum esse ut saltem de materia fidei . . . residuum oracionis contexerem' etc, f. 252ᵇ init.: 'subiunxi preterea . quod verbum correctionis siue reformacionis morum non bene sedet in ore iuuenis indoctioris / qui nondum satis formatus aut compositus est in moribus / uel probatus in vita / qualem me esse humiliter profiteor . . Sed et si prelatos et alios ecclesiasticos viros pro suis in melius commutandis moribus exhortari vellemus . . satis habunde . . sufficere videretur hesterna / summi pontificis pro suis criminibus a papatu deiectio .... Si supremi inter mortales viri / defectus cum tanta seueritate iudicii in conspectu tocius ecclesie correcti sunt . quali obsecro pena continget inferiorum delicta mulctari?' etc. Desin.: 'sicut christus promiserat olim super mensam suam in regno suo perhennis et beate felicitatis Cuius ipse nos participes efficiat qui . . Amen.' Passim lect. variantes in ipso textu collocatae et marginibus argumenta breviss. ascripta sunt. Sermo habitus est, ut ex loco allato patet, postridie, quam Pap. Joh. XXIII. depositus est, ergo 30. Mai. 1415., in quem diem teste Hardtio (in fastis Conc. T. IV, p. 29) festum Corp. Christi incidit; sed scriptores laudd. omnes prorsus silent de hoc serm. Auctorem, qui ipse se iuvenem dicit, ignoro.

56, f. 255ª—f. 258ª *Sermones 4: 'In Accepcione possessionis episcopatus / Episcopus ad subditos', 'Ad visitandum Episcopum pro Clero', 'In ingressu possessionis Episcopatus', 'Quando Episcopus in possessionem episcopatus nouiter accedit.'* (Formulae.)

Primus in illud: 'Gaudium meum in vobis Joh. XV°' incip.: 'Deuotissimus ac facundissimi eloquii inclitus doctor beatus Gregorius super Ezech. Eternum omnipotentemque deum cunctorum encium / citra se / auctorem ac directorem fore declarans' etc. Ultimus incip. (f. 257b): 'Quod pater dedit mihi non perdam. Joh. VI / Doctor inclitus atque facundissimus. b. Gregorius super Ezech. nos admonet ut omnia nostra referamus in deum' etc. Serm. I. et ultim. ad eund. auctorem spectare videntur.

57, f. 258b — f. 259a '1406. *Coram domino. Petro de Candia Card. et legato apostolico.*'

Est oratio salutatoria ab anonymo habita nomine urbis cuiusdam 'atque inprimis nomine et vice veneciarum dominii', cum Card. urbem ingrederetur. Incip.: 'De rebus maximis Reme pater / nemini sepe videmus contingere ut assistente multitudine loqui absque timore possit' etc. Desin.: 'Denique ipsos dominos meos nosque tuos clerum ac populum n. tua summa humanitate suscipe commendatos. Amen.' — Petrus Philargi, ab aliis Petrus Philareti, de Candia vulgo nuncupatus, Ord. Min., clarus Philosophiae et Theolog. magister, deinde primum Vincentinus, postea Novariensis Episc., a. 1402. Archiepisc. Mediolan. et a Pap. Innocent. VII. Presb. Card. et Longobardiae legatus, tandem in concil. Pisano 26. Jun. 1409. in Papam electus et Alexander V. nominatus, obiit 3. Mai. 1410. De eius vita cfr. Ciaconium, T. II, col. 1077 sqq. et Hefele, Bd. VI, p. 893, VII, p. 4, qui tamen nihil habent de hac orat.

58, f. 259a — f. 261b *'Oracio ad papam.'*

Agitur de potestate papae summe extollenda. Incip.: 'Scio quoniam omnia potes / Job XL° / Scio ego sciunt idem aut scire debent omnes homines . . quoniam vnus es qui potes omnia / nec puri hominis vices geris in terris / sed veri dei' etc. Fol. 259a fin.: 'dominus . . omnem potestatem habuit et hanc in petrum transfudit et successores et ita . . confusa est in sanctitatem (f. 259b) tuam eamque solam / potestas omnis in celo et in terra / Quod ad conuincendos contumaces et ad veritatem propalandam / alibi racionibus ostendere nisus sum scriptisque mandaui' etc et f. 261a: 'Si hec vera scimus plane fatebimur summum pontificem vnicum in terris principem esse / eumque colamus dei vice / tamquam verum et vnicum dei vicarium Nec . . assentatoribus illis aurem accomodemus / qui tractatibus moliti sunt ut ostenderent. non a papa sed a deo imperium pendere nullo medio . . . Horum autem racionibus alibi satisfacere curauimus' etc. Desin.: 'quas dirigat ad tuam nostramque salutem is qui tibi eas contulit

deus omnipotens qui . . Amen.' Citantur: Seneca, Cicero, Virgilius, 'nostri eui diuinus orator et vates franciscus petrarca' (f. 261ª).

59, f. 261ᵇ—f. 263ª *Oratio nomine cleri ad legatum apostolicum habita, sine titulo.*

Incip.: 'A domino legatus ad gentes missus est Jere. 49. Reᵐᵉ pater . . tum celsitudine d. v. tum ex reuerencia et honore condigno debitis eidem d. racione collacionis virtutum' etc. Desin.: 'ut sicut curati adhereamus domino hic per graciam . . Amen.' — Fol. 263ª pars inferior nec non fol. 263ᵇ—266ᵇ integra carent scriptura.

60, f. 267ª—f. 272ª *Sermo de adventu domini in illud: 'Vias tuas domine demonstra mihi', habitus, ut videtur, in concil. Basileensi; sine titulo.*

Incip.: 'Poteram ego ipse (viri prestantissimi ac omni dignitate preclari) aliorum mores sequens (?) / excusaciones premittere / ni temporis breuitas / ac diei huius prolixa solemnitas alia loqui propulsarent' etc. De argumento (f. 269ª med.): 'fateor . . quadruplicem christi aduentum fuisse in carnem in mentem in gloriam et iudicium / quorum duos sub compendio aperire intendo. quibus hac vice saciati / aliis post me in hoc aduentu predicaturis ampliorem dicendi materiam relinquam / Duos igitur aduentus priores . . prosequemur quos sub duabus viis . . pandere proposui Ex quibus vna adventus huius causam aperiet / altera uero eiusdem fructum' etc. In II. parte haec (f. 271ª med.): 'Hec est illa veritas que vos patres incliti congregauit . . ut confirmetis illud per errorum extirpacionem et generalem reformacionem. ymo et corroboretis per vnionis et pacis tocius populi acquisicionem' etc, post pauca: 'Preterea possem dictis et exemplis . . vos exhortari / hanc reformacionem incipere / inceptam continuare / (f. 271ᵇ) continuatam debito fine terminare / Adest vobis potestas / fortis sit animus / tantummodo incepto opus est / cetera res expediet . . An nescitis viri peroptimi morbum totum corpus inuadere si languor in capite curatus non fuerit? Assunt in prompto vacancie / annate / cause infinite / ymo et pluralitas beneficiorum' etc et nonnullis de eadem re interiectis: 'Mundari ergo oportet / et sic alios mundare / sapientem prius fieri / et sic alios facere . . . Ad vltimum . . vnionem et veram pacem inter principes querere hac in sacra Synodo promisistis . . . Ad vos conuertens oculos o viri prudentissimi / quos patria a Galliis aliena generauit / Quem preter hoc piissimum francorum regnum . . . consolatorem inueniet? Cur creatus sum videre mala tante sublimis creature? Sane nunc cladibus pestilenciis infecta deperit / nunc bellis horridis attrita cor-

ruit / nunc per hanc divisionem omnis virtus . . arescit Sunt qui omnia vastant trahunt rapiunt / Quot matrone quot virgines dei . . his beluis fuere ludibrio? (f. 272ª) Quot monasteria capta? . . capti episcopi / interfecti presbiteri . . subuerse ecclesie et ad altaria christi stabulati equi / martirum effosse reliquie / ubique luctus vbique gemitus et plurima mortis ymago / obsessa castra / et urbes relicte . . Quid plura? . . . Hoc tamen auditu notifico Boemos dixisse. hec divisio francorum quoadusque durabit dubitare neminem mala res / et adhuc spes multo asperior ut quos eadem domus namque produxit hos intestinum bellum pluribus ab annis hucusque divisos nutriuit' / (locus omnino corruptus) 'Neque enim his per amplius insistere proposui sed vestris coram dignissimis auribus nostras breuiter deflere miserias et ut placeat his cladibus opem ferre . . . . Deinde vos principes populorum qui hic congregati estis / cum principe summo spiritu sancto ammonendi estis . . ferre presidium rebus lapsis . . nominatim circa tot huius ecclesie sancte obstacula . . propter tria . . quorum vnum est heresum extirpacio / Capitis ac membrorum vniversalis ecclesie / ad effectum reformacio / 3ᵐ vnitatis ac pacis principum grata et pia prosecucio At vero in istis versatur principalis reformacio' etc. Desin.: 'vbi beati sempiterno euo fruentur / in presenti per graciam . . Amen.' Laudantur: S. Thomas (Aquinas), Augustinus, Tullius, Boethius, Albumasar, Ovidius, Virgilius, 'mercurius termegistus', 'Sixtus pythagoricus', Seneca, Quintilianus (f. 269ᵇ), Cassiodorus, Bernhardus, 'Ariopagita Dyonisius' (f. 270ᵇ), Ambrosius, 'Crisostomus', 'Gregorius nazanzenus' (f. 271ᵇ), alii. De auctore, qui, ut non dubito, Gallus fuit, nihil liquet.

61, f. 272ᵇ—f. 279ª *Sermo 'In Septuagesima.'*

Est *Nicolini de Cremona,* Ord. S. August., ut loci infra allati docent. Incip.: 'Reᵐⁱ reuerendique patres et domini / nisi cognoscerem . v. r. et dominaciones ea prudencia humanitate et clemencia esse preditos / ut meam magnam insufficienciam . . excusatam habere vellent / nullo modo iam ausus fuissem coram vestris apparere conspectibus' etc, lin. 6 sqq.: 'Vt autem que dicere intendo melius et clarius exprimere queam / cum gloriosa virgine katharina adiuuante Sᵐᵒ patre Augustino. in cuius ordine ab adolescencia professus ex isto volo divinum auxilium implorare' etc. In fine exordii auctor 'christum cum matre eius maria' salutat 'breuibus metris' Leoninis, quorum primum est: 'Vera caro factum salue de uirgine verbum' / De themate (f. 273ᵇ): 'Hec . . sentencia' (scil.: 'in qua hora comederis morte morieris') '. . execucioni mandatur / cum adiungitur. In sudore uultus tui uesceris panem tuum . . quia

pulvis es et in puluerem reuerteris / Ex quibus verbis divinis . . que . . in hodierne dominice officio nobis ecclesia reducit ad memoriam / in quibus presentem fundare disposui sermonem iuxta tres eius particulas . . hec tria liquido possumus colligere / Primo quam vilis et abiecta sit nostri corporis composicio quia puluis . 2° quam (?) nostre vite status in multis et magnis sit periculis constitutus / quia pulsi paradiso in huius mundi captiuitatem et exilium / 3° quam prefatus status sit breuis fragilis transitorius / et tandem per mortem desiturus / quia puluis es et in puluerem reuerteris' etc. In II. parte permultis calamitatibus enumeratis haec (f. 276ª): 'Nec his obstat amicicia . . non ciuilitas / non delectabile vinculum humane societatis . . non obstant . . vincula consanguinitatis et affinitatis / quin ymo . . quecunque supra nominata scelera / plerumque . . eueniunt inter personas sanguine propinquissimas / et si aliqua etate talia vera fuerunt / nostra etate verissima sunt / Sic enim modernis temporibus testatur francia / Anglia / hyspania / Aragonia / Cathelania / bauaria austria boemia . franconia sueuia / italia et tandem bellis longissimis desolata et pene destructa lombardia' etc. Circa finem: 'Hec dixerim patres et d. excellentissimi Ego *frater Nicolinus de Cremona* huius sacri concilii minimus pro generali correctione et reformacione morum / eorum precipue qui sunt in hac sacrosancta Synodo congregati' etc. Desin.: 'iusti autem in vitam eternam / Quam uobis et mihi . . prestare dignetur ihesus christus . . Amen.' Deinde leguntur haec vocabula: 'Festinemus ergo fratres ad locum tuciorem / ad pastum suauiorem / ad agrum fertiliorem / ubi habitemus sine metu / abundemus sine defectu / epulemur sine fastidio', quae ad serm. praeced. non pertinere videntur. (Sequitur spatium vacuum aliquot linearum.) Auctor noster indubie unus idemque est ac ille, cuius mentionem fecit Ossinger, Biblioth. Augustin. p. 274 his vocibus: 'de Cremona Nicolaus, sive Nicolaus (leg. 'Nicolinus'), natione Italus, Alumnus Congregat. Lombard., Filius Coenob. Cremonensis, vixit Saec. 15. S. Theolog. Doctor, praeter Theolog. scientiam . . concionandi munere praeclare functus est. Erat a. 1430. Provincialis Lombardiae. A. 1434. vero interfuit Concilio Basileensi. Congessit: Sermones, qui custodiuntur in nostra Biblioth. Cremonae.' Sermonem ergo nostrum ad concil. Basileense refero, ad quod concil. sermonis tenor bene quadrat.

62, f. 279ª—f. 280ᵇ *Carmen de resurrectione Domini, distichis L constans; sine titulo.*

Incip.: 'Salue festa dies / toto venerabilis euo
Qua deus infernum vicit / et astra tenet /

Tempora florigero rutilant distincta sereno:
Et maiore poli lumine porta patet.' etc.

Desin.: 'Quos prius eua nocens infecerat hos modo reddit
Ecclesie pastos vbere lacte sinu.'

(Sequitur spatium vacuum aliquot linearum.) Auctor a nonnullis Firmianus Lactantius, sed hodiedum a plerisque creditur Venantius Honorius Fortunatus, cuius nomen passim codd. ms. exhibent. Cfr. Bähr, Gesch. d. Röm. Lit., 2. Aufl. Bd. IV. (Supplem. I: Die christl. Dicht. u. Geschichtsschr. Roms. Carlsruhe, 1872.) p. 35 sq.; Leyser, Hist. poet. med. aevi p. 156; Ebert, Gesch. d. christl.-lat. Lit. (Leipz. 1874.) p. 504. Editum est inter Venant. Fortunati carmina Lib. III. nr. IX. in Bibl. max. Lugdun. T. X, p. 541 sq., ubi inscribitur: 'Ad Felicem Episc., de paschate resurrectionis Domini': cod. distichon I. est edit. dist. 20; in codice desunt edit. dist. 51—55 postrema, residua concordant, sed lect. variantes multae. Id. carmen extat in cod. Cremif. 134 f. 295[a] sq., in quo inscribitur: 'Carmen prudentii de resurr. dom.', nec non anonymum in cod. 233 f. 21[b] sq.; uterque cod. idem init. et prior eund. quoque finem exhibet ac cod. 4. Idem init. et finis legitur in cod. Vindob. 960 nr. 3 (Tabb. codd. Vol. I, p. 164), idem init. in cod. Florian. 117 f. 34[a] (Czerny, p. 55) et identidem in codd. Sangall. (St. Gall. Hdschr.-Cat. p. 257 in indice). De Venantio Fortunato, poeta saec. VI. claro, cfr. cod. Cremif. 34 nr. 24.

63, f. 281[a]—f. 291[a] *Sermo habitus in concil. Constantiensi dominica passionis, sine titulo.*

Incip.: 'Accipiant qui vocati sunt / Preclarissimi patres et Reuerendissimi domini / pro exili processu et serie subsequencium omissa in presenciarum consideracione subtili de diuine vocacionis proprietate tripharia quoad cause efficientis' etc, lin. 8 sqq.: 'iuxta cause finalis exigenciam . . Triformem huiusmodi uocacionis terminum . . materias dirigo dicendorum Primus inquam terminus concernens promocionem spiritualium in spirituali est honor seu prefectio ierarchice prelacie / secundus concernens hanc sanctissimam concionem in Synodo generali est sanctificacio ve perfectio ecclesiastice ierarchie / Et certe tercius terminus electorum beacionem tangens in vniversali est cena siue refectio olimpice melodie' etc. In I. parte haec (f. 281[b]): 'quid eligam ignoro . promisisse mihi recolo in die celebri Epiphanie contra nepharium scelus abhominabilis Symonie impingere / singulariter dominica aliqua ante pasca' etc, in II. parte (f. 290[a]): 'Jamque veniret in medium exclamacio contra illam dyabolicam abusionem / contra quam inuexeram in festo epyphanie in Alamanie par-

tibus fetescentem non dico de electis et confirmatis / sed de despectis et deprauatis falsissime bona Episcopatuum predantibus nec curantibus consecrari / ymmo quod nephandissimum est non volentibus ordinari tyrannis similibus viventibus quam clericis / contra quam enormitatem ecclesie et infamiam prouideat hec sancta Synodus sub penis grauissimis et censuris' etc. Desin.: 'o deus omnis gracie qui vocasti nos in eternam ipsam gloriam 1° pe.(tri) V.° Amen.' Auctor est *Vitalis Valentinus*, Episcopus Tholonensis sive Tholosensis, ut testatur Hardtius, qui Conc. Const. T. IV, P. X, p. 1360—1362 (recte 1390—1392) edidit orationis particulam (falso tamen ad a. 1416.) et alteram part. in prolegom. T. V, p. 26, ubi recte ad a. 1417. et dominic. Judica (passionis), quae in 28. Mart. incidit, refertur, quae particulae in cod. nostro f. 286^{b} lin. 1 —f. 288^{b} lin. 15 et f. 283^{a} lin. 11—19 leguntur; non desunt tamen lect. variantes, quarum nonnullae illis editionis praeferendae sunt. Hardtius ipse in fast. Conc. T. IV, p. 42 ad Domin. Judica a. 1417. auctoris nomine neglecto habet haec: 'Momentosa et ponderosa oratio habita de status Ecclesiast. emendatione et Benedicto Papa de sede praecipitando.' Integer sermo teste Walchio op. cit. (Vol. I.) Fasc. II, praef. p. XXVIII, not. lucem vidit apud Hardtium, Hist. litterar. reformat. T. I, part. 3, p. 17 sqq., quae vero ad manum non est. Sermonem quoque commemorat Fabricius, Bibl. med. lat. T. VI, p. 302, sed particulas ab Hardtio datas falso ad duos serm. diversos refert. De Vitali Valentino eiusque orationibus in conc. Const. habitis cfr. infra nr. 69. His addo, me in orat. habita in festo epiph. 1415. (vide nr. 69) nec promissionem 'contra scelus Symonie impingere' nec invectionem 'contra abusionem in Alamanie partibus fetescentem', quarum in praesenti serm. mentio fit (cfr. f. 281^{b}, 290^{a}), repperisse.

64, f. 291^{b} *Exordium sermonis ad synodum, ut videtur, habiti; sine titulo.*

Incip.: 'Ad uos o viri celeberrimi patresque Reueren^{mi} habiturus sermonem intelligo rectissime gracie preuenientis necessarium (?) donum' etc. Non nisi lin. 13 occupat et desin.: 'verbum illud sibi semper gratissimum Aue maria.' Reliqua f. 291^{b} pars et f. 292 integrum scriptura vacant.

65, f. 293^{a}—f. 300^{b} *'Jo. Gerson in die penthecostes.'*

Incip.: 'Spiritus domini replebit orbem terrarum / Sap. 1.° Hoc preclarum sapientis eulogium / hoc inspiratum et prophetatum divinitus oraculum decantat in exultacione cordis . . sancta mater Ecclesia' etc. Desin.: 'ut celestibus desideriis accensi . fontem vite sitiamus / et ad ipsum veniamus prestante eo qui est deus . . Amen / Quoniam dies penthecostes dies

est iubileus / gracie remissionis et indulgencie / racionabiliter indulgencias nunciari solitas denuncio.' Sequitur haec subscriptio: 'Explicit sermo factus in concilio generali Constanciensi per .d. Cancellarium parisiensem Magistrum *Jo. gerson* in die sancto penthecostes VII Julii Anno domini etc 1416. Apostolica Sede vacante.' Legitur hic sermo inter Gersonii opera, edit. Dupin (Antwerp. 1706.) T. III, col. 1234—1247, ubi eand. habes subscriptionem vocibus 'Apostol. Sede vacante' exceptis, sed quoad mensem manifestus est error; nam, ut Hardtius in fast. T. IV, p. 38 docet, a. 1416. festum Pentec. in 7. Jun. incidit: textus codicis, si lect. variantes minoris momenti excipias, concordat. Sed praeterire nolo, ap. Walchium, (Vol. I.) Fasc. III, p. 191 sqq. editum esse 'Auctoris anonymi sermonem de meliori clero in conc. Const. d. VII. Jun. a. 1416. dictum' a praesente diversum. Hardtius l. l. ad hunc diem habet haec: 'Oratio solemnis habita De notis boni cleri', quod argumentum bene cum serm. a Walchio edito, non vero cum nostro convenit. — Johannes Charlerius (Charlier), natus a. 1363. in viculo Rhemensis dioec., cui nomen Gerson, unde vulgo Joh. de Gerson sive Gersonius dictus, per varios academiae Paris. gradus ascendendo tandem ab a. 1393. (vel 1395.) eiusdem academ. cancellarius celeberrimus, concilio Constant. magna cum auctoritate interfuit, mortuus in exilio a. 1429. Lugduni. De eius vita et operibus vide: Hardtium, T. I, P. IV, p. 26 sqq.; 'Gersoniana' Lib. II. et III. (Gerson. opp., ed. l. T. I, p. XXXIV, XLI sqq.); Oudinum, T. III, col. 2263 sqq. (ubi 'Dissertatio singul. de vita et scriptis' etc.); Fabricium, T. III, p. 49 sqq.; Cave, Vol. II. App. p. 104 sqq.; Possevinum, T. I, p. 881 sqq.; Trithemium, De scriptt. eccl. f. 134^{b} sqq. Alii eius serm. in conc. Const. habiti extant in codd. Vindob. (cfr. Tabb. codd. Vol. III, p. 497, IV, p. 364 in indice), sermo Const. 8. Sept. 1416. habitus in cod. Cremif. 158 nr. 7.

66, f. 301^{a}—f. 308^{a} (festinanti calamo) *Sermo habitus in concil. Constantiensi domin. I. adventus, sine titulo.*

Incip.: 'Hora est iam nos de sompno surgere / Ro. 13. Et recitative in Epistola presentis dominice nuper lecta / Re^{mi}. reverendique patres / uosque ceteri domini mei prestantissimi Vas eleccionis paulus Apostolus cuius intelligencia sic eleuata dinoscitur' etc. De argumento (f. 301^{b}): 'presens modicus sermo . tres continet particulas / Prima dicet aliquid de temporis oportunitate ibi Hora est iam 2^{a} . . de corporis infirmitate ibi Nos de sompno 3^{a} de corporis sanacione uel sanitate ibi Surgere' etc. In I. parte haec (f. 303^{a} med.): 'Oportunitas igitur huius temporis ad fructuose laborandum . . clare con-

cluditur eo videlicet quod contendentes adhesionibus derelictis omnium regnorum sancte christianitatis ecclesie huius Sacri Concilii reuerenter auctoritatem et iudicium amplectuntur / spem habentes in domino firmam . . de pastore vnico et indubitato respectu totius Ecclesie de breui prouideri' etc, in III. parte (f. 307[a]): 'probabiliter videtur hoc scisma grauius esse quam precedens / quoniam fundatur recte in puncto fidei / Dicente vno quod de iure divino sic spectat summo pontifici / alio dicente contrarium / Precedens autem scisma consistit in iure personali contendencium iterum vno dicente / Gregorius est papa / alio vero non. ymo Johannes / que non sunt asserciones fidei' etc. Desin.: 'possit dici illud psalmi 3[ii] Ego dormiui . . quia dominus suscepit me quos omnes hic in presenti suscipere dignetur . . Amen.' Passim textus parvas lacunas exhibet et marginibus correcturae ascriptae sunt. Eund. sermonem recenset et excerptum dedit Denis, Vol. I, col. 3320 sq. Cod. DCCCCLXIX. (nunc cod. 4292 nr. 26), ubi ad calcem auctor dicitur Magister *Ursinus*, de quo Denis habet haec: 'Non invenio inter Constantienses Ursinum, nisi Card. Albanens. Jordanum Ursinum s. de Ursinis; haereo tamen, an illi Sermo hic, seu Dissertat. de Potestate Concilii supra Papam tribui possit, quamvis doctum et doctorum amantem fuisse ap. Ciaconium in vita T. II. col. 719. legam.' In Ciaconii edit. (Romae, 1630.), quae mihi adiacet, T. II, col. 1038 sq. non lego, eum doctum et doct. amantem fuisse; ceteroquin sermonis tenor ceteris eius rebus gestis omnino repugnat. Fortasse auctor unus idemque est ac 'Ursinus Taillevende', qui inter Magistros Nat. Gallicanae in conc. Constant. existentes legitur in Gersonii opp., edit. cit. T. V, P. III, col. 1009, quem vero inter Constantienses a. 1414. et 1415. ap. Hardtium, T. V, P. II, col. 11 sqq. non invenio, nec alibi. Sermo habitus est ante Martini V. electionem (11. Nov. 1417.) et, ut loci allati haud obscure indicant, post Joh. XXIII. depositionem (29. Mai. 1415.) et Greg. XII. resignationem (4. Jul. 1415.); quia vero controversia de potestate papae et concilii praecipue a. 1416. agebatur (cfr. Hefele, Bd. VII, p. 291), sermonem ad hunc annum referendum esse puto. Praeter Denis l. l. nemo, quod sciam, sermonis mentionem inicit.

67, f. 308[b]—f. 316[b] *'Domini Philippi de Arragonia theologie Doctoris / oracio ad Sacrosanctum concilium constanciense.'*

Incip.: 'Stabunt iusti in magna constancia / Verba sunt audientis sapiencie 5.° c. Vobis accomoda / patres syderei / qui regnum decoris de manu domini accepturi virtutis solide premio estis' etc. Nonnullis interiectis haec (f. 309[a]): 'Me ergo vestrarum parcium / quid dico parcium? totum profecto

estis. iam iam suscipite / qui ante hoc tempus cum ceteris preclaris . . collegis aduentassem / nisi regibus iussibus (sic) obtemperantem me / castella pacem vnitatemque accersientem querentem et inuocantem paulisper tenuisset colonum / ibi quippe quodcunque a rege meo accepi mandatum / opere patrare curaui / boni vir nuncii / pacem aduocans / Regem reginamque castelle . . obtestatus sum / ut vocatorias a vobis manantes regnicolis mandarent legacionem extemplo ad uos dirigerent / et pape Benedicto sic ab eis vocato eo quod cedere statui suo pro ecclesie pace proch dolor recusaret / obedienciam iuxta pacta atque iurata subtraherent . . . pacem loquebar / loquorque adhuc profecto tanti viri cuius me tedet pigetque hac parte memorari / Ceterum veritas . . . omnibus est necessitudinibus preferenda / Quocirca ego clamitans clamaui propter syon tacere nolui / peritura queque pro pace contempsi . . ea re mortales multos quibus fueram carus / aduersos habui . . . En iam quasi inextricabili euolutus laberinto . . . pacem pro inuictissimo Aragonum et Siculorum rege efflagito / legacionem enim mittens . . rogat ea que pacis sunt' etc. Patres deinde Constantienses sat prolixe ad constantiam in schismate tollendo identidem adhortatur et haud pauca in laudem Ferdinandi, Aragoniae et Sicil. regis defuncti, eiusque viduae et filii Alphonsi inseruit. Fol. 314[a] haec: 'O igitur viri fortissimi . . vigilate / et versatili scisma diuellite mucrone . . O quam maturato ad pacem magis magisque in dies properabat et aspirabat affectu / Aragonum et Siculorum paulo ante Regnator inclitus ferdinandus / nostrique Alfonsi regis . . parens / atque precessor . . . Cesar ipse serenissimus Sigismundus / oratoresque vestri bisseni . . ad illum destinati . . testes assistunt / Quippe maluit paulo post moriturus languido corpore viribusque exhaustis lectulo recubans paci ecclesie procurande semetipsum libare / quam si ociis . . paulisper deflexa atque soluta mente mortem euaderet' etc et f. 315[a] fin.: 'Audite celi que loquor . . Femina vidua . . (f. 315[b]) ferdinandi Regis relicta / cum Alfonso Rege communi filio / bisdenis vix annis prouecto / petri nauiculam . . virili assumpta mente sedens ad gubernaculum pacis conduxit ad litus' etc. Circa finem (f. 316[a]): 'Tu autem romanorum Rex Auguste . . qui Titum / Focam / Eraclium . . exhibito ad pacem Syon labore superasti (f. 316[b]) viue cepti memor operis . . ut tuis conatibus viam dante et robur aspirante ihesu . . nubila scismatis propellatur atque eliminetur caligo' etc. Desin.: 'Ergo agite et leti cuncti celebremus honorem iam suos oratores Castella in viam pacis dirigit. Adest Aragonia pacem orantibus regibus beata / Adest portugalia / adest nauarra . . aspirate presentes / festinate absentes ad

vnum toto orbe choruscantem animarum pontificem / et Gregorii vndecimi indubium successorem omnes intendite / vt . . humilis imperet caritas qua duce vita peracta coram tribunali supremo stent iusti in magna constancia Amen.' Sequitur subscriptio: '*Philippi de Medalia* oratoris regis Aragonum arcium et sacre theologie magistrum (sic) Anno domini etc 1417.°' Marginibus passim argumenta breviss. ascripta sunt. Legati Alphonsi, qui patri suo Ferdinando 2. April. 1416. defuncto in Aragoniae regno successerat, iam in sess. gen. XXII. (15. Oct. 1416.) concilio solemniter uniti sunt (cfr. Hardtium, T. IV, P. IX, col. 910 sqq. et Hefele, Bd. VII, p. 294 sqq.), praesens vero oratio habita, ut ex fine conicio, coram Imp. Sigismundo, 27. Jan. 1417. Constantiam reverso, pertinere videtur ad unionem legatorum ab Johanne, Rege Castellae, missorum in sess. gen. XXXV. (18. Jun. 1417.) praesente Caesare factam, de qua cfr. Hardtium, T. IV, P. X, p. 1336 sqq. et Hefele, p. 310 sqq., qui tamen nihil habent de hac orat. De auctore rei litt. scriptores prorsus silent; ex nostris serm. (nr. 67 et 68) liquet, eum natione Hispanum fuisse et in universit. Parisiensi (cfr. f. 317^{a}, 320^{b}, 324$^{a\,b}$) studiis vacasse.

68, f. 317^{a}—f. 325^{b} '*Philippi de Medalia. sermo de Sancto Thoma de Aquino.*' *habitus in concil. Constantiensi.*

Incip.: 'Profunda fluuiorum scrutatus est et abscondita produxit in lucem. Verba sunt profundissimorum et abditissimorum sapiencie increate cuncta cernentis misteriorum / eleuatissimi contemplatoris iob . . tibi latinorum omnium tue etatis acutissimo et sine ulla dubitacione doctissimo frater thoma de Aquino me iudice conferenda' etc. Circa f. 317^{a} finem: 'Venite sancte Sinodi heroes . . et iubilate pacis signiferi / thomam ethereum raptum ad celicos . . O parisinum veni gignasium (sic) / veni italia voca virgilium / veni Alfonse virtus Aragonum' etc, et f. 318^{a}: 'Te (i. e. Virgine Maria) namque aperiente iter ad fratris thome de aquino . . pro meritis recensendas laudes instituere sermonem animus est' etc. Fol. 322^{b} fin.: 'Et ut figuris obtecta claram obuoluam in lucem te papam nostrum dissimilem Celestino. Benedictum / quo ad me 13^{m} ionam nomine / cui vota iustorum obsecundante deo dentur. et o vtinam detur / si quis in ipso viuit sponse amor vt fleat petrus amare foras egressus / et verbi domini recordatus / qui papatui et vite cedere pro oue centesima non negauit / dicatque pupim gubernantibus nautis / Spargite me in fluctus . . Sicut scriptum est ione primo / Mittite me in mare / nam propter me orta est hec tempestas / orta inquam propter te tua pace loquor o papa / Nam si cum

Bartholomeo barensi quem papam vrbanum sui dixere Romani . . ut ceperas permansisses / et fratrum cardinum et terre ignarus fundorum ad generale euocandum Concilium toto aspirasses affectu / te vno / vna semper fuisset hispania / Neque forsan petrum inclitum Aragonum regnatorem vidisset ecclesia neutralem' etc, post pauca: 'O pater / (nam te patrem adhuc hispani vocamus) quid lunam in nymbo nox intempesta tenebat / cum te affatus (sic) sinum lacrimis implebat abortis (sic) / vt pacem nobis magnanima cessione donares / celo viuens et terris vita orbatus / vt tu viueres floreresque sub indubitato pastore ecclesia in eternum ferdinandus regnator illustris Aragonum / quid in altum iamiam in pectus tuum descendit languor / fatiscentis sion / et sublimatis digna mentibus pape memoria Celestini' etc. (videtur hic locus corruptus esse). Fol. 324ª: 'Ceterum neu plurima (dum digredior) versans / minor in laudibus Thome de aquino efficiar / sufficit hanc . . materiam tetigisse / cuius decisionem Thome doctori sacro . . libens committerem / Nunc magistris meis parisiensibus . . et polo stabilis veritatis Sacrosancte Constanciensi Synodo . . subiicio corrigendam' etc. Desin.: 'O mi doctor obsecro salutato (sic) ut tuo conductu profunda fluuiorum scrutando prouehamur in lucem . hic per graciam . . Amen.' Habitus est sermo a. 1416. vel 1417., quia vero Aragones 15. Oct. 1416. concilio uniti sunt (cfr. nr. 67), eum ad a. 1417., quo anno festum S. Thomae Aq. (7. Mart.) in dom. Reminiscere (II. quadrag.) incidit, referendum esse puto, etsi bene scio, Hefele, p. 304 not. 1 huic diei sermonem Hugenetti de Metis tribuere (cfr. nr. 52); nemo tamen, quod sciam, serm. praesentis mentionem fecit.

69, f. 325ᵇ—f. 330ª (festinanti calamo) *'Sermo Episcopi Tholosensis in festo trium Regum.'*

Incip.: 'Magi inuenerunt puerum cum maria . . Mat. c. II.° Ex his verbis elicitur infertur et deducitur. transformacio mirabilis inexplicabilis. summe desiderabilis luminosa amorosa. et dulcorosa / abstractiva / eleuativa et quietiua' etc. Desin.: 'que habetur in via in claritatem visionis beate que communicatur in penitencia (?) a domini spiritu. Ad quam claritatem nos transformando perducat ihesus christus / qui . . Amen.' (Sequitur spatium vacuum aliquot linearum.) Dixit de hoc serm. Walchius, (Vol. I.) Fasc. II, praef. p. XXVIII sq., qui contra Hardtium in fast. Conc. T. IV, p. 35 ad 6. Jan. 1416. scribentem: 'Vitalis Episc. Tholon. praeclaram admodum habuit Orat. de necess. Ecclesiae reformat.' ad a. 1415. referendum esse iudicavit eumque edidit eod. fasc. p. 51—77 tit.: 'Vit. Valent. oratio in conc. Const. festo epiph. a. 1415. recitata';

nostri cod. textus lect. variantes haud paucas exhibet, quarum nonnullae illis edit. praeferendae sunt. Cfr. quae ad calcem nr. 63 dixi. Ex Walchio sermo citatur ap. Hefele, p. 78; idem extat in cod. Vindob. 4958 nr. 58, de quo Denis, Vol. II, Cod. DCCCCXXXV. col. 2240. — De auctore vide Fabricium, T. VI, p. 302 et praecipue Walchium l. l. p. XXV sqq., qui refert, eum 'familiae monast. Francisci adscriptum, d. 13. Febr. a. 1411. sacris Telonis Martii (Toulon) praepositum esse eademque adhuc a. 1428. gubernasse; mortis vero, quam obiit, tempus incertum esse' et tres orationes ab eod. in conc. Constant., cui magna cum auctoritate interfuit, habitas laudat, quarum prima est praesens, secunda, quam excitaverat Harduius, T. IV, P. III, p. 151 sq., dicta fuit 4. Mai. 1415. et tertia est illa, quam supra nr. 63 recensui.

Fol. 330^{b} scriptura vacat.

---

5. Codex chartaceus saec. XV. Folior. 158. 4.^{o}

Constat duabus partibus: 1, f. 1—92; 2, f. 93—158.

Fuit ab origine, ut non dubito, Monasterii Cremifanensis; nam in fronte tegumenti anterioris conspicitur figura apri, quo insigni Cremifanenses utuntur, ter corio impressa.

1, f. 1^{a}—f. 15^{b} *Cursus (Officium Breviarii) B. Mariae Virginis, Germanice.*

Inscriptio: 'Hye hebt sich an der Curss Von vnnser liebn̄ frawn von erst dy metten.' (rubr.) Incip.: 'Domine labia mea aperies . . Herr thue auf deinen (sic) lebsen vnd mein mund wirt khunnen dein lob' etc, lin. 7: 'Herr an mein hilf gedenkh . . . Inuitatorium': 'Gegruest pistu maria genadn̄ vol' etc, lin. 13: 'Chombt her churtzweylī wir dem herrn̄' etc. Ultimo Matutini loco exhibetur (f. 3^{a}): 'Psalmus'. 'Dich lob wir got dich herr vergech wir' etc. (Te Deum). F. 3^{b} med.: 'Laudes', f. 6^{b} init.: 'Die prenn (sic) Von vnnser frawn Marie d' heyligī Jungkfrawn', f. 8^{a} circa fin.: 'Hie hebt sich an die Tertz von vnnser liebn̄ frawn', f. 9^{a} in fine: 'Hye hebt sich an dy Sext von vnnser frawn', f. 10^{a} in fine: 'Hie hebt sich an die Non von vnnser liebī Frawn̄', f. 11^{a} circa fin.: 'Die vesper von vnnser lieben Frawn', f. 14^{a} med.: 'Die Complet von Vnnser lieben frawn.' Desin.: 'Wol sprech wir vnnsrm̄ herrn̄ Got sey genad All gelaubig sell durich dy parmung vnnsers herrn̄ ihesu christi ruen in frid Amen.' Sequitur haec subscriptio: 'Hye enndt sich vnnser Frawn Curss Hernach hebt sich an die Mess von vnnser liebn̄ Frawn von

erst das Introitus.' (rubr.) Quaedam partes officii Latini, ex quo nr. 1 translatus est, et quidem Matut., si tres lectiones cum respons. et 'Te Deum' excipias, 'ad Laudes' psalmi, antiph., hymn. et canticum (Benedictus), 'ad Vesp.' psalmi, hymn., vers. et cantic. (Magnificat), 'ad Complet.' cantic. (Nunc dimittis) leguntur in antiquis Breviariis Ord. S. Bened., ex. gr. Venet. a. 1511. et 1519. 8.° impressis, atque in 'Offic. parvo B. Mariae', quo nunc utimur, nec non 'ad Prim.' psalmi tres posteriores, 'ad Tert. et Sext.' psalmi, 'ad Non.' psalmi et capit. locis laudd. 'ad Tert., Sext., Non. et Complet.'; reliquae partes differunt, sed passim nunc in Breviario alibi extant. Cfr. quoque, quae ad calcem nr. 6 dixi.

2, f. 15^{b}—f. 17^{a} *Missa de B. Maria Virgine, Germanice.*

Constat omnino versibus, quos 'kurze Reimpaare' vocant, continuis passimque incorrectis. Inscriptionem habes cum subscript. nr. 1 coniunctam. Incip.: 'Salue sancta parens'

'Gegruest pistu magt an mayl
der Enngel lob vnd der wellt hayl
die mueter rain vnd des kunigs herr
des erd vnd hymel habent ere
psa. Geruech den hilffleich sein
die dich monent der frewdn̄ dein
Gloria patri Dw vater sun heyliger geyst
lob sey dir gesagt imer allermayst
von vnns in deiner ewigkayt
benym vnns vnnser sundn̄ layd
Kyrie leyson Geruech vnns parmhertzig sein
herr durich dy grossn̄ marter dein
Christe leyson Geruech herr vns wesen pey
durich die vil werdn̄ namen dein
kirie leyson Geruech herr vnns erparmung sein
durich dy vil werd mueter dein'
'Gloria' etc. 'Lob vnd er in dem hymelreich
got hab gewaltikayt
den lewttn̄ sey frid gegebn̄
die dir hie in erd zu willn̄ lebn̄' etc.

('Gloria' continet vers. 21 et post vers. 5 unus deest.) Secuntur: 'Dominus vobiscum' (vers. 2), 'Oremus' (v. 2), 'Collectnn̄' (v. 8), 'Die leczenn' i. e. lectio (vers. 12, quorum 8 posteriores rimati), 'Gradual' (v. 4), 'vers.' (v. 6), 'Alleluia' (v. 2), 'vers.' (v. 8), tum

'Sequenczn̄ Erhör vnns maria mueter rayne magt
Seyd das dir dein sun nicht versagt
[I]hesu mach vnns an der sel gesunt
Des pitt dich deiner muet' mund

Und gib vnns ze kosstn̄ herr mein
Des prwn der genadn̄ dein
So das von lautters hertzn̄ ger
wir dich sehen ymer mer
Und das vnns das trankch weys dar
Da wir dich herr sehen klar
Das wir dy weil den kristentumb
Mit werichen machn̄ also frumb
Das vnns das seldn̄reich lebn̄
Wert ewigkleich dort gebn
Da du mit frewdn̄ ymmer pist
Hilf vnns dar ihesu christ.'

Secuntur: 'Das Ewangelium' (vers. 14), 'Dominus vobiscum' (v. 2), 'Oremus' (v. 2), 'Offerent' i. e. Offertorium (v. 8), 'Sanctus' (v. 6), 'Das erst Agnus' (v. 4), 'Das annder Agnus Das dritt' (v. 4), 'Con̄' i. e. Communio (v. 6), 'Dominus vobiscum' (v. 2), 'Oremus' (v. 2), 'Complend.' (v. 10), 'Dominus vobiscum' (v. 2), 'Ite missa est' (v. 6), denique

'Benedictio' etc. 'Des almächtign̄ gots segenn
Geruech vnnser ewigklich pflegn̄.
Der sun geyst ist benannt
vnd ewig ain got ist bekannt.'

Missa Latina, qua versio seu rectius paraphrasis nostra nititur, legitur 'Sequentia' et 'Complenda' exceptis in antiquis missalibus Pataviens. et mscptis, ex. gr. in cod. Cremif. 368 f. 123^{b} sq. (tit.: 'In commemoracione b. marie virginis'), et impressis, ex. gr. August. Vind. a. 1503., Vienn. 1509., Venet. 1522. 4.°

3, f. 17^{b}—f. 25^{a} *Cursus de passione Domini, Germanice.*

Matutinum et Laudes in fine exhibent orationes binas, reliquae horae singulas versibus 'kurze Reimpaare' qui dicuntur continuis passimque incorrectis exaratas. Inscriptio: 'Hie hebt sich an der Curs von vnnsers Herrn̄ leiden Von erst dy Vesper.' Incip.: 'Deus in adiutorium . . Got zu meiner hilff gedenkch' etc, 'Psalmus': 'Ich erhöch dich herr' etc. Secuntur: 'antiffen', 'Capitel', 'ympnus', 'vers.', 'vnnser frawn lobgesanngk' (citat.), 'Die antiffn̄', 'vers.', 'Collectn̄', denique oratio inscripta: 'Sprich das gepett', quae incip.:

'Zw Vesper zeyt herr du sasst
mit deinen iungern̄ vnd asst /
prot vnd wein gesengstu in
vnd sprachst zu in nempt hin
das ist mein leichnam vnd mein pluet
Wie offt ir das thuet

so gedenkt mein dapey
das es mein fleysch vnd mein pluet sey' etc. (Sunt vers. 32). Fol. 18b med.: 'Die Complet von vnnsers herrn leydn.' ('psalmus': 'Domine deus salutis Herr got meins hayls' etc), f. 19a med.: 'Ein gepet zu Complet Zeytt.'

Incip.: 'Ze Complet herr ihesu christ
dein sways pluet var wordn ist.
vor grosser angst vnd nott
dy du herr hettest zu dem tod
Du wurdest auch zu Complet Zeytt
ab dem chrewtz in das grab gelaytt' etc. (vers. 31 et unus fortasse deest). F. 19b: 'Die Metten von vnnsers Herrnn leydenn.' Incip.: 'Herr entsleus mein lebs . . Got zu meiner hilff' etc, 'Inuitatorium': 'Christum geuangn vnd gespot' etc, 'Der psalm': 'Chombt her' etc. Secuntur: 'ympnus', 'psalmus.' ('Warumb grisgrament dy geslecht' etc.), 'an', 'vers.', 'Der segen', lect. tres, quae minus accurate ex hist. evangelica translatae sunt, cum respons., denique (f. 20b): 'Ein Collectnn.'

Incip.: 'Herr ihesu christe
durich vnnser schuld geschach dir wee.
Zu Mitternacht wardestu geporn.
von der magt aus erchorn' etc. (vers. 24) et f. 21a: 'Ein annder gepet.'

Incip.: 'Durich vnns herr zu Mettn zeyt
wurdest du von den iuden angespeyt
vnd wardest auf den hals geslagn
vnd auf den nakh' (sic) etc. (vers. 16, ni fallor). Fol. 21a: 'Die lob Mettenn' ('psalmus': 'Warumb herr vergistu mein' etc), f. 21b: 'ein gepett.'

Incip.: 'Gots mueter raine mayd
durich das gros hertzn layd /
das ein swert dein sel snayd.
hilf mir an meiner lesstn zeytt' etc. (vers. 16) et f. 22a: 'Aber ein gepet.'

Incip.: 'Herr ihesu christe gewer mich
durich deinen liebn frewnt iohannem
dem du enphalichst dy liebn mueter dein
vnd auch im dein mueter rain.' etc. (vers. 13 et ultimus deest). Ead. pag.: 'Hie hebt sich an dy preym von vnnsrm herrn.' ('psalmus': 'Urtail mich got' etc), f. 22b med. titulo neglecto:

'Zw prenn (sic) Zeyt du herr ihesu christ (?)
fur gericht gefuert pist

Vnd erscheinäst (sic) sannd Maria Magdalen.
Du erschein in dem hertzn̄ mein
mit dem liecht der genadn̄ dein' etc. (vers. 21 (?) et post v. 3 unus fortasse deest). F. 22b in fine: 'Die Tertz' etc. ('Der psalm̄': 'Erhör got mein gepet' etc), f. 23b: 'Ein gepett.' Incip.: 'Herr ihesu christe
Zu Tertz Zeyt geschach dir wee
zu ainer sewln̄ wardestu gepundn̄.
das pluet von deinem leib ran.
das ward durich vnnsern̄ willen gethan.' etc. (vers. 21 et post v. 3 unus deest). Ead. pag.: 'Die Sext von vnnsers herrn̄ Martter.' ('Der psalm̄': 'Ich gelaub das ich gesprochen hab' etc), f. 24a versus fin.: 'Ein gepett.'

Incip.: 'Zw Sext Zeyt herr ihesu krist
an das krewtz dw genagelt pist /
so vasst sy dich darann strakchtn̄.
das sich all dein adern̄ rakchtn̄.
Auch an den selben stunden.
enphiengstu funff wundn̄' etc. (vers. 28). F. 24b: 'Hie hebt sich an dy Non' etc. ('psa.': 'Mit meiner stym zu got' etc), et ult. loco (f. 25a) exhibetur: 'Ein gepet.'

Incip.: 'Zw Non zeyt herr ihesu christ
Dein sel von dir geschaidn̄ ist.
an dem krewtz durich vnnser hail.
das wir herr gewinnen tail.' etc.
Desin.: 'da du mit des vater vollayst.
vnd mit dem heylign̄ geyst
wonest vnd lebst an endes drum
In secula seculorum Amen.'

(Sunt vers. 25 et post v. 21 unus deest). Officium Lat., ex quo nr. 3 translatus est, nec in antiquioribus nec in recentior. Breviariis deprehendi.

4, f. 25b—f. 36b *Cursus de resurrectione Domini, Germanice.* Inscriptio: 'Hie hebt sich an der Curs von vnnsers Herrn̄ Vrstendt von Erst dy mettn̄. Incip.: 'Domine labia . . Herr thue auf mein lebsen' etc, lin. 8: 'Inuitatorium': 'Alleluia Alleluia' etc. Post psalmos legitur: 'versikel' ('Wen suechstu weyb' etc) et ult. loco 'Versikel' ('Christ deiner vrstend' etc). F. 27a versus fin.: 'Die lob Metten'; in fine: vers. ('Herr erhör' etc), 'Collectenn' ('Gott wann' etc). F. 28a: 'Das ist die preym' etc. Insunt: tres psalmi, Symbol. S. Athanasii, 'antiff.' ('Ihesus stuend auf' etc), 'vers.' et 'Collect.', ut 'ad Laud.' F. 29b: 'Die Tertz' etc. Psalmos excipiunt: 'antiffen' ('Vnnser erlöser' etc), 'Das gradual' ('Das ist der tag' etc), 'vers' ('Vnnser osterlamp' etc), 'vers.' et 'Coll.', ut 'ad Laud.' F. 31a:

'Die Sechst' etc. ('antiff.': 'Was nicht vnnser hertz prynund' etc, cetera, ut 'ad Tert.') F. 32ª: 'Die Non Von vnnsers liebn̄ Herrn̄ Vrstenndt.' ('Antiff.': 'Peleib pey vnns' etc, 'Gradual': 'Das ist' etc, 'Vers': 'Veriecht got' etc, cetera, ut 'ad Tert.') F. 33ᵇ: 'Hye hebt sich an die Vesper' etc. Insunt: psalm. 'Domin. ad Vesp.' tres priores, 'antiff.' ('Alleluia' etc), 'gradual' et 'Vers', ut 'ad Non.', 'Das Magnificat' (citat.), 'Antiff.', ('Vnd sprachen' etc), 'vers.' et 'Coll.', ut 'ad Laud.' F. 34ᵇ: 'In der processen Antiffen' . . 'Ich hab gesehen ein wasser' etc. Secuntur: 'Der psalm̄' ('Lobt ir kind' etc, citat.), 'Psalmus' ('In der ausfart israhels' etc),' antiff.' ('Zw galilea' etc), 'vers.', 'Coll.'; 'An dem ingankch antiffen' ('Christ ist erstandn̄' etc), 'versus', 'Collectn̄.' F. 35ᵇ: 'Die Complet' etc. Post psalmos habentur: 'antiff.' ('Alleluia' etc), 'psalmus' ('Nw lass herr' etc), 'antiff.' ('Alleluia erstandn̄ ist' etc), 'vers.' et 'Coll.', ut 'ad Laud.', denique: 'antiffen' ('Kunigin der hymel' etc), 'vers.' ('Dw solt nicht waynen' etc) et 'Collecten' ('Got wann' etc.) Officium Lat., quo nr. 4 nititur, in multis concordat cum illo, quod nunc in Breviar. Romano pro 'Dominica Resurrect.' extat.

5, f. 36ᵇ—f. 40ᵇ *Cursus de spiritu sancto, Germanice.*

Inscriptio: 'Hie hebt sich an der Curs von dem heylignn̄ Geyst von erst dy Mettenn.' Incip.: 'Herr thue auf' etc, lin. 6: 'Inuitat.': 'Gots geyst hat erfullt' etc. Secuntur: 'Das Venite' (citat.), 'ympnus' ('Chumb herr schepher' etc), 'psalmus' ('Ein sälig man' etc), 'antiffn̄' ('Chumb heyliger geyst' etc), 'vers.' ('Got bestätig' etc), tres lect. brevissimae cum respons., 'lob gesankh' et 'psalm̄': 'Gelobt sey vnnser herr' etc. (citantur), 'Versikel' ('Enphacht' etc), 'Vers.' ('Herr erhör' etc) et 'Dy Collectn̄' ('Herr dem alle hertz' etc). F. 38ª: 'Das ist die preym' etc. Insunt: 'psalm̄' ('Herr wer sol wanen' etc), ant. ('Chumb' etc), 'cap̄.' ('Die lieb gots' etc), 'vers.' ('Got ain rains hertz' etc), 'Die Collect.' ('Herr wann du dy hertz' etc). F. 38ᵇ: 'Dy Tercz' etc. ('Psalmus': 'Got in deinem namen' etc. (citat.), 'Collect.': 'Des heylign̄ geysts influs' etc.) Ead. pag.: 'Dy Sechst' etc. ('psalmus': 'Got zu meiner hilf' etc, 'Coll.': 'Herr mit dem fewr' etc.) F. 39ª: 'Die Non' etc. ('psalmus': 'Dein gruntuesst ist auf heylign̄ perignn̄' etc, 'Coll.': 'Wir pittn̄ dich' etc.) F. 39ᵇ: 'Die Vesper' etc. ('psalm̄': 'Sälig sind all' etc, 'Coll.': 'Unnser sel herr' etc.) F. 40ª: 'Die Complet' etc. ('psalmus': 'Offt habent sy mich an geuochtn̄' etc, 'antiff.': 'Nembt hin den heylign̄ geyst' etc, 'Collectenn': 'Herr wir pittn̄ dich' etc.) De officio Lat. nihil in Breviariis repperi.

6, f. 40ᵇ—f. 50ª *Officium defunctorum, Germanice.*

Inscriptio: 'Hye hebt sich an dy vigily von den totten.' Incip.: 'Wir sullen pittn̄ vmb all gelaubig sell. Die ewig rue gib in herr' etc, 'Inuitat': 'Die klag des tods habent mich vmbgeben' etc, 'Das Venite exultemus': 'Chombt her' etc. In I. nocturno leguntur post psalmos: 'vers.' ('Laytt herr meinen weg' etc), lect. I. 'Respons' ('Wänst dw icht' etc), lect. II. 'Resp.' ('Dein hennt herr' etc), lect. III. 'Resp.' ('Gedenkch pit ich' etc); in II. noct. post psalm.: 'Versikel' ('Die sund meiner iugent' etc), lect. IV. Resp. ('Mein erlediger lebt' etc), lect. V. 'Resp.' ('Wir pittn̄ dich' etc), lect. VI. 'Resp.' ('Wie vergich ich dir' etc); in III. noct.: 'psalmus' I. ('Herr in deinem grym' etc), 'ant.' I. ('Nicht verlas mich' etc), post psalmos: 'Vers.' ('Mein sel ist gar betruebt' etc), lect. VII. 'Resp.' ('Lös herr ir selen' etc), lect. VIII. 'Resp.' ('Ewiger got' etc), 'leccio VIIII' ('Prueder als wir getragn̄ habn̄' etc) et ult. loco: 'Ain gut gepet von allen gelaubigen sellen' ('Got in des parmung' etc). Fol. 47[a]: 'Laudes.' F. 48[b]: 'Hie hebt sich an dy Vesper von allen glaubign̄ selln̄' etc. Psalmo II. deest antiphona; ult. locum occupant orationes 5, prior inscripta: 'Ein gepet von Vater vnd mueter' et 4 pro omnibus fid. def., quarum ultima incip.: 'Got herr in des parmung' etc. Officium Lat., ex quo nr. 6 translatus est, consentit, si haec, quae supra notavi, excipias, cum officio def., quo nunc utimur. — Hymni nr. 1, 3—6 prosa oratione redditi sunt; nr. 1—6 ead. manu diligenti scripti sunt: ceterum dicendi ratio tempus ipsius scriptionis antecedit.

Fol. 50[a] pars inferior et f. 50[b] scriptura vacant.

7, f. 51[a]—f. 91[a] (alia, ut videtur, manu eaque diligenti) *Tractatus de iusto amore Domini, Germanice; sine titulo.*

Prologus incip.: 'In ainem warn̄ kristenleichen gelawben In stäter hoffnung vnd in ainer volkömen lieb behalt ewch der parm̄herczig got. Amen.' Lin. 4: 'Byewol myr ainaltigen priester von mein' grosser vnu'ständtnüß wegn̄ vil nottürftiger wär daz ich dyemüttichleichn̄ von den andern lernet vnd v̈nderweyst wurd / Wye ich got meinen hymellischn̄ vater solt liebhabn̄ / denn daz ich euch . . da von ettwas v'chündn̄ od' schreybn̄ schol / yedoch ewr grosse begyr dye yr stättikleichn̄ gehabt habt. wyewol ich ewch lang v'czogen hab / Vnd auch ewrer inhycziger vnd inprünstiger ernst den ir von den gnadn̄ gottes habt czw göttlicher lieb. dy habn̄ mich betwungn̄ vnd also bestrickt daz ich dürstikleichn̄ / vnd doch czw lob got dem herrn̄ / Vnd czw pessrung ewrs lebens angeuangn̄ hab ewch ettwas czw v̈nderweysn̄ / Wye yr got daz höchst guet schult liebhabn̄ v̈ber alle ding' etc, post pauca: 'Vnd dy hynnach geschribn̄ ding / hab ich genomen von den

lerern̄ / der wart ich ich (sic) auch gesaczt hab ettwan̄ allain yr maynung' etc. Desin.: 'Vnd daz püechel hab ich getaylt in ettliche capitel / Wenn daz yewo v̈berhebt ist / daz ist anderswo erfült / Wan̄ also wirdet dan̄ nach der czal der capitel dez pëlder funden.' Tractatus ipse dividitur in capp. 18, quae tit. praemissis numerantur. 'Das Erst Capitel' incip.: 'Vnd also ist czemerkn̄ daz der liebhaber aller menschen vnser lieb' herr Ihesus christus / Da der kömen was her in dye welt czesuechn̄ vnd haylwärtig machen / daz da verdarbn̄ vnd v'lorn̄ was' etc. 'Daz achtczehn̄t Capitel' incip. (f. 88b): 'Seyd ich aber daz erst capitel des püechleins hab angeuangn̄ mit v̈nserm̄ liebn̄ herrn̄ Ihesu christo / So wil ich hye in dem lestn̄ capitel ettwas sagen von seiner vilsäligñ vnd allerliebsten mueter der hochgelobtn̄ künigin Junckfrawn marie / vnd daz auch dem herrn̄ czulob . . Vnd dar vmb ist ain söliche frag. Ob . . dy muet' v̈nsers lieben herrn̄ / daz gepot hye in dem leben volkömleichen volpracht hab / Dar v̈ber wirt kürczleichen geanttwurt daz dy Junckfraw maria hat daz gepot nach der fliehung der sünden volkömleichn̄ volpracht / Also / daz sy kayn sündt wed' tödliche noch läsliche getan hat' etc et desin. (f. 90a): 'Ihesu christo der da mit got dem vater vnd got dem heyligñ geyst lebt vnd herchst (sic) ain war' got ewickleichn̄. Amen.' Sequitur nullo tit. praemisso caput ad instar epilogi, hoc init.: 'Dye lieb gotes v̈ber alle ding wer sey recht nüczn̄ vnd prawchn̄ kan. macht den menschn̄ ein beruebtz gemüt' etc, et fine: 'Zw dem fünfczehentn̄ mal götleiche lieb leydet alle ding / Daz v'stee also / alles daz dye warhait v'hayst des sy hoffet vnd daz sy gelawbt dez wartt vnd peytt sy gedultickleich. Amen.' Citantur: 'Sand Paul', 'S. Bernhart', 'der heylig lerer Gregorius', 'Crisostomus', 'S. Thaman (Thoman)', 'der lerer Scotus', 'Bilhelmus von paris', 'Bonauentura', 'Jeronimus', 'ain lerer genant Hugo', 'Dauid', 'her Job', 'Aristotiles', 'puech der lieb' (Cantic. cant.) et praecipue 'S. Augustin', quorum nomina nec non loci notatu digni linea rubra distincti sunt. Tractatum, cuius auctorem ignoro, ad usum sacerdotum (cfr. f. 62ab, 75b) confectum esse puto. Tract. similis argumenti nec tamen eiusdem extat in cod. Sangall. 814 nr. 15 (cfr. St. Gall. Hdschr.-Cat. p. 274) nec non in codd. Vindob. 2978 nr. 2 et 12787 nr. 1 (Tabb. codd. Vol. II, p. 167, VII, p. 148). — Inscriptiones et litterae init. nr. 1—7 omnes col. rubro exaratae sunt. Fol. 91b—92b scriptura carent.

8, f. 93a — f. 156b (alia manu et festinanti calamo) *Tractatus de contritione, confessione et satisfactione, Germanice.*

Dividitur in partes III et continet praeter praefat., in qua

de necessit. confessionis, contrit. et satisfact. agitur, capp. 93, quorum pleraque (capp. 5—86), in quibus de methodo confitendi, de peccatis contra decalog. aliisque peccatis tractatur, ad part. II. pertinent. Inscriptio: 'Mit Hochfart posser werch Also sullñ wir treyerlay pussen wir sullñ auch mit dem herczñ laid vñ rew habñ wid' die gedanck mit dem mund ein rayme (sic) peicht tun (e sup. u.) wid' die wort mit dem genug thun (e sup. u.) diemuttig pusß die do haysset peich (sic) rew vñ gemug (sic) tun (e sup. u.) saigt (sic) daz puch (e sup. u.) Allain Amen.' Praefat. incip.: 'Die gepot gottes sol ein yechlich mensch haltñ daz czu got wil komnen (sic) and'rs es mag nicht salig werden' etc. Opus ipsum sic incipit (f. 95^{b}): 'Cu (leg. 'Czu') dem Erstñ czu des sund sunde's (sic) wecherung müs die vorgenad des heyligñ cristes wan An die genad mag niemand getun' etc. Fol. 102^{a} (cap. 4): 'Das erst tail d' pusß (e sup. u.) haysset warhafftew rew vñ laid des herczñ vmb all die sund die ein mensch getan het' etc, f. 103^{a} (cap. 5): 'Das and' tail d' püsß haysset lauttre peicht vñ bechantnüsse cze aller stünde (sic) die ein mensch begangñ hatt' etc. Agitur de circumstantiis peccat. (cap. 7) et inde a f. 107^{b} (cap. 8 sqq.) satis fuse de variis peccat. generibus. F. 149^{a} med. (cap. 87): '[D]ie drittail d' pusß ist daz genüg thun (e sup. u.) für die sünd domit ein mensch ablegt die pein die er vmb die sünd leydñ müste' etc. Caput ult. incip.: '[U]on den sündñ die den pischoff an gehorñ' etc et desin.: 'den pann soll niemant abnemen dañ d' pischoff Dan d' pischoff erlaub es sund'leichñ vnd yegleichs mit namen AMEN.' Sequitur subscriptio: 'FrJ (?)/k' et: 'Hie hat daz puch ein end got vns seinen segñ send geschribñ an sand andres abñt 1450.' Litterae subscript. priores fortasse legendae sunt: 'Fridericus Kersperiger', qui fuit Professus Cremif. et saec. XV. med. vixit; sed codd. Cremif. 118, 268, 345, qui varios tract. Latinos certe ab ipso conscriptos continent, scripturae ductu discrepant nec inter eius codd. ms. Pachmayr, Series Abb. et Relig. Cremif. p. 241 sqq. commemorat cod. 5. Textus multa calami menda et passim sensum minus planum exhibet. Laudantur: 'sand Ambrosius' (f. 94^{a}), 'gregorius' (f. 96^{a}) et identidem 'sand augustin.' — Litterae init. inde a f. 111^{a} permultae desiderantur; litt. init. f. 102^{a} colore caeruleo, reliquae col. rubro exaratae sunt. Fol. 156^{b} pars inferior nec non f. 157 et 158 integra vacant scriptura; inter f. 157 et 158 fol. unum exsectum est.

6. Codex chartaceus saec. XIV. (f. 1ª—52ᵇ, 65ª—98ª, 99ᵇ—113ª, 114ª—127ª) et saec. XV. (f. 128ª—139ᵇ, 144ª—147ᵇ) (f. 53ª—63ᵇ, 140ª—142ᵇ, 143ᵇ saec. XIV—XV.) Folior. 150. 4.° minimam partem binis columnis a diversis scriptus.

Foliorum 1—44 ordo turbatus est hunc in modum restituendus: f. 1ª—20ᵇ, f. 33ª—44ᵇ, f. 21ª—32ᵇ, f. 45ª etc.

1, f. 1ª—f. 44ᵇ *'Peregrinus de tempore.'* (rubr.)
Dixi de hoc auctore eiusque sermonibus de temp. iam ad cod. 3 nr. 5 et 6. Cod. 6 continet omnino serm. 40, quorum 21 priores (f. 1ª—20ᵇ) tit. rubris instructi eod. ordine extant in cod. 3 nr. 5. Primus 'Dominica prima' advent. incip.: 'Ecce rex tuus . . Ysa. In uerbis consolatur propheta sanctos qui diuersis tribulacionibus afflicti fuerunt' etc; sermoni 21 'Dominica quarta' quadrag. in fine desunt, si eum cum cod. 3 conferas, lin. 23. Sermo 22 (f. 33ª) anepigraph., qui incip.: '[G]audere cum gaudentibus . . Duo festa pariter agit sancta Ecclesia omnium sanctorum et omnium mortuorum' etc et desin.: 'a purgatorio egredientem et celum ascendentem et sibi gracias agentem', deest quidem inter serm. de temp. codd. Cremif. 3, 70, 293, sed legitur inter eius serm. de Ss. cod. 106 nr. 1 (f. 42ª sqq.), in quo inscribitur: 'Omnium animarum.' Serm. 23—29 (f. 34ᵇ—44ᵇ) et serm. 30—40 (f. 21ª—32ᵇ) anepigraphi efficiunt eod. ordine collocati in cod. 3 nr. 6 serm. 1—18. Ultimus de dom. XVIII. post trinit. incip.: '[D]iliges dominum deum tuum . . Mat. XXI.° In hoc ewangelio monet nos dominus ut eum diligamus' etc, sed a fine mutilus est, desinens in haec verba: 'Ipse (i. e. beatus felix) stans in platea populum confortabat ut essent', quae fere fini f. 127ª cod. 3 respondent ita, ut huic serm. circa lin. 16 desint. Cetera desiderantur. Textus a cod. 3 paullum differt, sed lect. variantes permultae. Fol. 21—44, quae haud raro humore quodam obfuscata sunt ita, ut aliquot verba legi fere nequeant, fortasse ad aliam manum saec. XIV. coaevam pertinent.

2, f. 45ª—f. 52ᵇ (alia manu saec. XIV.) *Sermones breves varii argumenti, numero 19.*
Initium primi de dom. III. post epiph. deest; prima verba haec sunt: 'Tercia exhibuit christus leproso diuinitatis sue potenciam' etc. Ead. pag. med. sermo 'Dominica quarta' post epiph. incip.: 'Qualis est hic qui ventis imperat . . Legitur in Dominica quarta in ewangelio. quod dominus arguerat

modicam fidem discipulorum' etc. Secuntur: serm. 3 'in septuagesima', singuli 'Dominica in sexagesima', 'In conuersione sancti pauli', 'In purificacione S. Maria' (sic), 'In capite ieiunii', 'De conuessione' (leg. 'confessione'), 'De penitencia', 'De conuersione', de contritione, de oratione (in cod. falso inscribitur: 'De eodem'), 'De . S. Maria.', 'In annunciacione S. Marie', de dom. I – III. quadrag., qui serm. de contrit. excepto omnes tit. rubris instructi sunt. Ultimus incip.: 'Estote imitatores dei . . ffili (leg. 'filii') carnales sepe solent esse patribus similes' etc, sed iam lin. 21 post insistit his verbis: 'Eya piissime deus ignosce omnibus qui . .' Finis deest. Fol. 45[a] marg. sup. scriptum: 'O maria bona Pro nobis omnibus ora.

3, f. 53[a]—f. 63[b] (manu saec. XIV—XV.) *'Sermones 5 anepigraphi: de domin. palmarum, bini de sacramento eucharistiae et de passione Domini.*

Primus inc.: 'Cedebant ramos de arboribus Mat. conswetudo est ciuium et populi Quot rege et principe ad eos venientibus cum solempnitate occurrunt' etc, paenultimus inc.: 'Omnis anima que non afflicta fuerit . . leuiticorum Bern. possunt dici de illo die nam ille dies est dies propiciacionis' etc, ult. inc.: '[R]espice in faciem christi tui Conswetudo est quando pauperes et mendici nudi et debiles' etc et des.: 'marie filium clementissimum ut nos perducat . . amen.' De ultimo serm. cfr. cod. Cremif. 3 nr. 41 et 24.

Fol. 64 scriptura vacat.

4, f. 65[a]—f. 127[a] (diversis manibus saec. XIV. exeunt.; f. 66[a] —98[a], 99[b], 100[a]—113[a] binis columnis) *Sermones de aliquot festis et de sanctis per circulum anni, sine titulo.*

Sunt omnino serm. 45 et quidem: tres de S. Maria Magd., bini 'De . s. Stephano', 'In purificacione s. M. v.', 'In passione domini', de Ss. Phylippo et Jac., 'de s. spiritu', de s. Jacobo, 'de s. Nycolao episc.', de s. Thoma et singuli pro reliquis festis. Serm. 25, 32, 35, 37 anepigraphi sunt, serm. 36, 38, 39—43, 44, 45 tit. nigris, residui tit. rubris instructi sunt; serm. 1, 4, 5, 7, 24, 44 vocabulo 'bonus' apposito insigniti sunt. Scripti sunt, ni fallor, quattuor diversis manibus: 1, f. 65[a]—87[b], 100[a]—109[b] et, ut videtur, f. 112[b] col. 2 lin. 20 —113[a] col. 1; 2, f. 88[a]—97[b] col. 2 lin. 19; 3, f. 97[b] col. 2 lin. 20—98[a], 99[b], 114[a]—127[a]; 4, f. 110[a]—112[b] col. 2 lin. 20, quarum prima et tota collectio in ordinem redacta esse videtur. Primus 'In natiuitate domini Sermo bonus' inc.: 'Puer natus est nobis etc Hodie dicuntur nobis boni rumores hiis qui christum exspectauerunt in isto aduentu' etc et des.: 'nisi christus personaliter pro eo veniret.' In serm. II. de

pass. domini med. scriptura folii 87^{b} maximam partem deleta et post f. 87 fol. unum exsectum est, sed f. 88^{a} quoad sensum sermonis nihil desideratur. Ad calcem serm. 'Jo. baptiste', qui f. 98^{a} col. 2 lin. 12 finitur, adnotatum est: 'Sequitur sermo de sancto Petro Tibi dabo claues . . Verte folium', qui sermo f. 99^{b} col. 1 incipit, sed col. 2 lin. 12 abrumpitur et f. 100^{a} denuo assumitur; reliqua f. 98^{a} col. 2 et f. 99^{b} col. 2 pars nec non f. 98^{b} et f. 99^{a} scriptura carent; post f. 97 iterum fol. unum exsectum est, sed nullibi adest defectus. Fol. 113 non nisi pars superior extat; f. 113^{a} col. 2 et f. 113^{b} scriptura vacant, sed textus integer est. Sermo ult., qui est II. de S. Thoma, inc.: '[Q]via vidisti me Thoma etc. Cum dominus primo discipulis suis apparuisset absente thoma' etc et des.: 'Augentur tria in nobis Spes Caritas Operacio Quod nobis . . AMEN.' Deinde parvo spatio interiecto leguntur haec: 'Vnde numeri Omne quod per ignem transire potest in tribulacionem (?) sustinere (sic) Igne purgabitur', quae num ad serm. praeced. pertineant, non liquet. Textus passim parvas lacunas exhibet. Praeter libros bibl. citantur: 'B. Gregorius, 'Jeronimus', 'Augustinus', 'b. dyonisius', Chrysostomus, 'ysidorus', Glosa, 'Scolastica hystoria' et saepius 'Bern'(ardus). Fol. 33^{a}, f. 65^{a} et f. 88^{a} marg. sup. legitur: 'Assit principio sancta Maria meo.' — Fol. 127^{b} scriptura caret.

5, f. 128^{a}—f. 139^{b} (manu saec. XV.) 'Incipit *tractatus super rorate celi A quodam predicatore editus in laudem uirginis gloriose.*'

Est interpretatio praesertim mystica, sat prolixa, quae capitulatione caret; incipit autem sic: 'Rorate celi desuper Ysa. XLV° Quomodo ros deitatis ad incrementum ('in' eras.) nostre salutis in roseam aream vteri virginalis missus sit hic de est sed quomodo nubes pluant iustum hic supponendum est' etc. Mutilus a fine est, desinens in haec verba: 'quod indicitur Luc. II° Cum angelus dixit uirgini concipies in utero.' Laudantur: Augustinus, Bernardus, 'Jeronimus', 'Anshelmus', Ambrosius, Gregorius, alii.

6, f. 140^{a}—f. 142^{b} (manu saec. XIV—XV.) *Sermones 3: 'De Circumcisione Domini', 'De Epyphania' et de 'Dominica infra octavam Epy'(phanie).* (rubr.)

Primus inc.: 'Postquam consumati sunt dies octo . . Luc. II° i. e. a nativitate christi computando scil. primum et vltimum diem . . Nota quod data est iudeis circumcisio in remedium culpe originalis' etc; ultimus inc.: 'Cum factus esset ihesus annorum XII . . Luc. II° Nota multociens qualis vnus quisque futurus sit demonstratur in puericia' etc, sed a fine mutilus abrumpitur his verbis: 'et ideo si queris eum ibi non

invenies.' Textus evangelicus linea rubra distinctus est. Fol. 143[a] vacat.

7, f. 143[b] (alia manu saec. XIV—XV.) *Quaestio 'cur sub specie vtraque non datur Corpus dominicum laycis', sine titulo.*

Inc.: 'Questio oritur cur' etc, lin. 3: 'Solucio *gregorii* et *thome*': 'Propter fidem dubiam et salutem ambiguam' etc. Solutio non nisi lin. 7 occupat et des.: 'Sed si sub vtraque (leg. 'una') sumitur sic plenus christus creditur.' Videtur mutila esse. Reliqua f. 143[b] pars scriptura vacat.

8, f. 144[a]—f. 147[b] (manu saec. XV. incip.) *Sermones 4 anepigraphi de dom. I—IV. post pascha.*

Primus incip.: '[C]vm sero factum esset . . Johannes XX° Nota quare christus primo mulieribus aparuit ut maria (sic) magdalene' etc; ultimus incip.: '[V]ado ad eum . . Joh. XVI° ista verba dixit in cena XI discipulis quando Iwdas exiuit ad iudeos' etc, sed a fine mutilus est, desinens in haec verba (f. 147[b] med.): 'Expedit vobis id est vtile est ut vadam.' Cetera desiderantur. Fol. 147[b] pars inferior et f. 148—150 integra carent scriptura; post f. 148 fol. unum exsectum est.

Litterae init. fol. 21—44, 120—127, 144—147 et alibi passim desunt, reliquae omnes col. rubro exaratae sunt.

In tegumentis interioribus agglutinata sunt singula folia chart., in quibus manu saec. XV. incip. hymnorum fragmenta scripta sunt cum notis musicis recentioribus: videntur Antiphonarii partes esse. Denique in anteriori tegumento verso legitur brevissimus codicis index manu saec. XV. scriptus.

---

7. Codex membranaceus saec. XIII. (f. 1[a]—8[b], f. 140[b], f. 145[b]) et saec. XII. (f. 9[a]—189[b]) Folior. 189. 4.° (f. 38[a]—116[b] med., f. 139[b] lin. ult. — 140[a], f. 145[a], f. 182[a]—189[b] pertinere videntur ad secundam manum coaevam; f. 118[a]—139[b], f. 141[a]—144[b], f. 146[a]—181[b] ad tertiam paullo antiquiorem).

Fol. 1[a] margine sup. legitur manu saec. XIV., ut videtur: 'Iste liber est Sancti Agapiti in Chremsmvnster.'

'Legende plurium sanctorum.' Hic tit. manu saec. XIII—XIV. scriptus est in fronte tegumenti anterioris.

1, f. 1[a]—f. 5[a] (manu saec. XIII. diligenti) *'Passio s. Thome episcopi et martiris.'* (rubr.)

Incip.: 'Gloriosi Martiris Thome fratres karissimi memoriam celebrantes.' etc, lin. 3: 'passionis eius modum causamque succinctus sermo percurrat. Beatus igitur thomas' etc. Dividitur litt. init. rubris in capp. 11 et desin.: 'ut domini natalis / ad laborem eius fieret natalis ad requiem. ad quam nos perducere dignetur idem . . ihesus christus. qui . . Amen.' Sequitur de eodem missa, cuius singulae partes, si collectas excipias, non nisi citantur; residuam fol. 5[a] partem figura draconis atramento ruditer delineata occupat. Ille Thomas Becket, Archiepisc. Cantuariensis, a. 1170. trucidatus est. De variis eius vitis cfr. Potthast, Bibl. hist. p. 909 sq. et Supplem. p. 181 sq., quarum tamen nulla ad manus est, nisi a Laur. Surio, Vitae SS. ad 29. Decbr. edita, quae a nostra differt. Passio B. Thom. Cant., quae extat in cod. Bern. 133 nr. 11 idem init. ac nostrum exhibet (cfr. Hagen, Catal. p. 182).

2, f. 5[b] (alia manu s. XIII.) *Officium Breviarii 'Infra Octavam Sancti Mychahelis.'*

Inc.: 'Invit. Regem archangelorum dominum' etc. Singulae officii partes non nisi citantur; invitatorio neumae superscriptae sunt. Desin.: 'diurnis horis. per totam octauam additur iste. uersus. Qui michaheli celice primatum dedit patrie nos eius patrocinio hoc seruet in exilio. Amen.'

Deinde parvo spatio vacuo interiecto habes codicis catalogum manu minus diligenti s. XIV. scriptum, quem indicat nota ead. manu, cuius iam ad cod. 1 fol. 394[a] (post nr. 42) mentionem feci, in dextro et super. fol. 1[a] angulo scripta. Praeterea in anteriori codicis tegumento verso duae schedulae catalogum passionum continentes agglutinatae sunt, altera membranac. et saec. XIV., altera chartac. et s. XV. scripta. Passio S. Thomae in posteriori tantum commemoratur.

Sequitur pars codicis antiquior et quidem: fol. 6—133 continentur quaterniones signis .I—XVI. inscripti, sed quaternionis I. folia tria priora exsecta sunt et postea manu s. XIII. suppleta; fol. 134—142 continetur quaternio .XVII., ad quem accedit fol. 140 insertum; fol. 143—151 quaternio .XVIII. foliolo 145 inserto; fol. 152—157 continetur ternio numero .XVIIII. insignitus; fol. 158—189 quaterniones numeris .XX—XXII. et .XXIIII. notati, sed inter quatern. XXII. et XXIIII. nullus adest defectus.

3, f. 6[a]—f. 29[b] 'Incipit *passio sanctorum Machabeorum.*' (litt. rubris excepta ultima voce).

Incip.: 'Principium (litt. uncial. rubr.) Meum Philosophico quidem sermone. set christiano explicabitur sensu' etc. Capitulatio deest; inde a f. 16[b] usque ad f. 18[a] distincta sunt in

marg. ad instar lectionum capita VIII. Desin.: 'et de ultione securi. In uirtute patris et filii. et spiritus sancti. amen: EXPLICIT PASSIO SANCTORVM MACHABEORVM MAIOR.' Est liber quartus Macchabaeorum qui dicitur, de quo cfr. notam ad cod. Sangall. 12 (Hdschr.-Cat. p. 5), quae docet, ab Eusebio, Gregorio Naz. et Hieronymo auctorem nominari Josephum Flavium, variasque editiones Graecas et Latin. enumerat. Mihi adiacent complures operum Jos. Flavii edit. Latinae, ex. grat. Basil. a. 1534. et 1554. 2°, Colon. 1534. 2°, Francofurt. 1617. 8°, in quibus passio nostra ad calcem legitur et inscribitur: 'Flav. Josephi Judaei περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, id est, de imperio rationis, libellus . . a Des. Erasmo Rot. recognitus' etc, sed hae edit. omnes in rebus quidem cum codice conveniunt, in verbis tamen saepe discrepant; plurimum vero discedit 'Flav. Josephi de Maccabeis liber' etc, qui Graece et Latine habetur inter eius opera ex recognitione Guil. Dindorfii Vol. II. (Paris, Didot, 1847. 8.°) p. 392—411. Ead. passio praeter cod. Sangall. 12 laud., in quo quidem a fine mutila est, integra extat in cod. Sangall. 35 (Hdschr.-Cat. p. 17) et in cod. Vindob. 577 nr. 1, in quo inscribitur: 'Passio Ss. Machab. maior' (cfr. Tabb. codd. Vol. I, p. 99). — Fol. 6ª marg. dext. leguntur manu saec. XIII., ut videtur, scripti hi versus:

'Dum clemens quartus deponit corporis artus
Sub vidue pannis flet sedes plus tribus annis.'

Jidem repetuntur fol. 4ᵇ marg. infer. voce 'tribus' excepta. Papa Clemens IV. obiit 29. Nov. a. 1268., et eius successor Gregorius X. electus est 1. Sept. 1271. (cfr. Potthast, Biblioth. Suppl. p. 264 et Regesta p. 1648, 1651).

4, f. 29ᵇ—f. 42ª 'Incipit *Passio Sanctorum Sergi Et (Bac)hi.*' (litt. capital. rubr.)

Inc.: 'IN TEMPORIBVS MAXIMIANI IMPERATORIS. TUNC quasi stelle quedam terrestres sergius et bachus circa saluatoris . . ihesu christi confessionem et fidem claro lumine resplendebant' etc. Des.: 'ad loca propria reuertentur (corr. 'reuertvntur'); Laudes itaque domino deo nostro referamus. et illius omnipotentiam in sanctis martyribus clarificemus. Cui est gloria . . amen.' Haec passio, si eam cum Actis anonymis, quae leguntur inter Acta SS. Bolland. 7. Octobr. T. III, p. 863—869, conferas, licet in rebus atque adiunctis congruat, in verbis tamen plurimum discrepat; videtur vero, ut ex Annotatis, his Actis annexis, conicio, paullum differre a cod. signato P. Ms. 20, de quo Byeus in commentario praev. §. II. (inter AA. SS. Boll. l. l. p. 835 col. 1). Capitulatio cod. nostro deest, sed ab init. usque f. 30ª distincta sunt in marg. ad instar lectionum capp. III. Correcturae haud paucae adsunt. Ead. passio extat in cod. Vindob. 577 nr. 2,

idem init. ac nostrum in cod. Bern. 114 nr. 58 (Hagen, Cat. p. 170).

5, f. 42ª—f. 48ª 'Incipit *vita. vel Passio Sancti victoris masilliensis. quod* (sic) *est XII. kl. augusti.*'

Incip.: 'CVM SVB DIOCLITIANO ET MAXimiano imperatoribus crudelis ac turbulenta persecutionis quassatio pene totum orbem ruinosa uastaret intentione' etc. Capitulatio deest. Desin.: 'rogo ut sacerdotibus ministris ciuitati plebi. et ei qui in dilectione patrie ad testimonium tante rei. in edificatione uel honore beati martyris. ac specialis patroni. hec gesta contexuit. suis attestantibus meritis. ex oratione uestre caritatis. adhibita iugi apud dominum intercessione. in omnibus bonis patrocinari dignetur. Celebratur dies natalis eorum XII kl. augusti. Regnante domino nostro ihesu christo. qui uiuit . . amen.' Passio nostra differt ab Actis anonymis et brevioribus et longioribus, quae habentur inter Acta SS. Bolland. 21. Jul. T. V, p. 142, 143 sqq.; sed concordare videtur cum cod. Fuldensi, quem Cuperus de variis passionis S. Vict. Massil. et sociorum actis disserens commemorat in commentar. praev. §. III, nr. 22, 23 (inter AA. SS. Boll. l. l. p. 141 sq.). Eadem extat in cod. Vindob. 577 nr. 3 (Tabb. codd. I, p. 99 sq.).

6, f. 48ª—f. 71ª *'Gesta vel passio Sancti Levdegarii episcopi et confessoris.'*

Praemissus est prologus, qui incipit: 'DOMINO VIRO SANCTO ET APLICA (apostolica) VENERATIONE colendo. erminario (corr. 'herminario') urbis agustudunensis (sic) episcopo. Dum sepe a uobis iussus . . gesta beati leodogarii martyris atque pontificis tandem scribere sum aggressus' etc. Fol. 48ᵇ circa fin.: 'Incipit vita Sancti Leodogarii martyris.' (litt. capital. rubr.) 'GLORIOSVS IGITVR ET P̄CLARVS LEODEGARIUS agustudunensis episcopus qui christianorum temporibus effectus est martyr' etc. Desin.: 'Tunc perlatum est cum laude in palatium et (corr. 'quod') multis diebus ab emulo latuit absconsum.' De variis vitis S. Leodegarii (St. Léger), episc. Augustodunensis, qui occisus est a. 678., earumque editionibus cfr. Byei commentarium §. II, nr. 20 sqq. (in Actis SS. Bolland. 2. Octobr. T. I, p. 360 sqq.) et Potthast, Biblioth. p. 779 sq. et Suppl. p. 160 sq., qui de nostra vita antiquiore haec iudicavit: 'Diese Vita ist fast die einzige Quelle, welche in d. dunkle Geschichte des 7. Jahrh. einen klaren Blick gestattet.' Edita est apud Mabillon, Acta SS. Ord. S. Bened. Saec. II, p. 680—698; ap. Duchesne, Hist. Franc. script. I, p. 600—616, inter AA. SS. Boll. l. l. p. 463—481, [ap. Bouquet, Recueil des historiens des Gaules II, p. 609—626 et ap. Ghesquière,

Acta SS. Belgii IV, p. 63—97]. Textus noster cum edit. Bolland., in qua inscribitur: 'Vita Auctore monacho Augustodunensi anonymo et coaevo', collatus longior est in fine prologi: nam post verba: 'apud deum optineat oportuna suffragia', (corr. 'oportunvm suffragivm'), quae edit. postremis respondent, codex habet particulam linearum 10 (incip.: 'quoniam ratum habeo. ut non sufficiens sim per ingenium meum' etc et desin.: 'quia merita mea iugiter ante oculos mentis defero.'), sed brevior est a fine: nam verba cod. extrema leguntur in edit. cap. IV. med. (p. 479 col. 2 lin. 17) et maior cap. IV. pars codici deest; reliquus codicis textus concordat, sed passim minus correctus est multasque lect. variantes exhibet; praeterea haud pauca in ipso correcta sunt. Codex capitulatione caret. Nostrum post prologum init. habetur in cod. Bern. A 8. nr. 5 (Hagen, Cat. p. 5).

7, f. 71ª — f. 80ª 'Incipit *passio Sanctorum martyrum Kyliani. et Sociorum eius.*'

Prologus incip.: 'SANCTORVM MARTYRVM CERTA mina quotiens ad memoriam redeunt' etc. Passio ipsa inc.: 'Beatus kilianus scothorum genere nobilibus ortus parentibus' etc. Des.: 'prout poterimus manifestare curabimus. ad laudem et gloriam d. n. ihesu christi. qui cum patre . . amen.' De variis passionis actis S. Kiliani, apostoli Franciae orientalis et episcopi Herbipolensis (Würzburg), et sociorum eius (mort. a. 689.) adi Sollerii commentarium §. IV. (in Actis SS. Bolland. 8. Jul. T. II, p. 606 sq.) et Potthast, Biblioth. p. 774 et Suppl. p. 159, qui iudicant, vitam nostram esse interpolationem antiquioris vitae brevioris et sincerioris insertis multis amplificationibus liberaliter fictis. Edita est, ut omittam edit. minus accuratas, apud Canisium, Lect. antiq. [edit. Ingolstad. II, p. 628 sqq.] edit. J. Basnage T. III, P. I, p. 174 — 179 et denuo inter Acta SS. Boll. l. l. p. 614 — 618, quibuscum codex paucis variantibus exceptis concordat. Capitulatio codici deest, sed ab init. usque f. 72ᵇ distinctae sunt in marg. lectiones VIII. Ead. passio extat in cod. Bern. 598 nr. 5, g (Hagen, Cat. p. 476).

8, f. 80ª — f. 84ᵇ 'Incipit *vita Sancti Bvrchardi confessoris christi.*'

Inc.: 'TERRENARVM MOTVS CVRARVM SI DIVINO adiutorio trahatur ad respectum diuinę miserationis' etc. Des.: 'in quo duplici uestitus ornamento. nil sibi deesse letetur. Per eum qui uiuit et regnat . . amen.' De hac vita antiquiori et anonyma S. Burchardi, Episc. Herbipolensis (mort. a. 754.), cfr. Buei commentarium §. I, nr. 2 (in Actis SS. Bolland. 14. Octobr. T. VI, p. 557) et Potthast, Bibl. p. 642, qui haec iudicat: 'Der Verfasser muss vor 984 gelebt haben, nicht sehr bedeutend.'

Habes eam editam ap. Canisium, Lect. antiq. [edit. Ingolstad. T. IV, p. 651 sqq.] edit. Basnage T. III, P. I, p. 5—7, ap. Mabillon, Acta SS. Ord. S. Ben. Saec. III, P. I, p. 700—703 et inter Acta SS. Boll. l. l. p. 573—575, quarum edit. postrema cum cod. collata vix ullam lect. variantem exhibet. Ead. vita extat in cod. Bern. 598 nr. 5, b (Hagen, p. 475).

9, f. 84ᵇ—f. 87ᵇ 'Incipit *Passio Sanctorum theonesti. albani. vrsi. tabram. et tabratam.*'

Inc.: 'Temporibvs impiissimi / regis Honorii. persarum atque medorum uuandlorum gentis. dum orta foret maxima altercatio inter christianos arrianosque' etc. Inde ab init. usque ad f. 85ᵇ distinctae sunt in marg. lect. III. Des.: 'operatur miracula. prestante d. n. ihesu christo. qui cum patre . . amen. Acta sunt autem hęc sub die decima kalendarum nouembrium in altino ciuitate. sub theodosio imperatore augusto.' Edita est apud Canisium, Lect. antiq., edit. Basnage T. IV, p. 167—168, ubi inscribitur: 'Passio S. Albani et sociorum eius', quacum codex accuratissime congruit. Eam vero fictitiam fabellisque refertam esse, ex his, quae Basnagius in observatione 'de falsitate Actorum B. Albani' (l. l. p. 155 sq.), quae Acta nostris similia, sed fusiora sunt, et Papebrochius in commentar. historico de S. Albano §. II, nr. 14—16 (inter Acta SS. Bolland. 21. Jun. T. IV, p. 89 sq.) erudite demonstrant, facile iudicabis. Ead. passio extat in cod. Vindob. 577 nr. 15 (Tabb. codd. I, p. 100).

10, f. 87ᵇ — f. 94ᵃ 'Incipit *passio Sancti Cristofori martyris christi.*'

Inc.: 'In illo tempore. qvo dagnus rex regnabat in ciuitate samon. uenit homo genere chananeus' etc. Fol. 88 pars inferior consuta est. Des.: 'Et hanc orationem constituit sanctus cristoforus. Domine deus omnipotens. bonam mercedem presta scribentibus. et legentibus passionem meam; VIII kl. augusti. passus est sanctus cristoforus. prestante domino nostro. cui est honor . . amen.' Haec passio, quae tamen ineptiis scatet, cum illa anonyma, quae legitur inter Acta SS. Bolland. 25. Jul. T. VI, p. 146—149 in rebus apprime congruit, in verbis vero passim discrepat multasque lect. variantes exhibet, quarum nonnullae illis edit. praeferendae sunt; capitulatio codici deest. Ead. passio extat in cod. Ms. S. Viti in Gladbach, de quo Pinius in commentar. praevio §. X. (inter AA. SS. Boll. l. l. p. 142), in cod. Vindob. 577 nr. 16, in cod. Medic. Laurent., quem recenset Bandinius, Catal. T. I, col. 608 §. XLVIII.; idem init. in codd. Bern. 24 nr. 26 et 94 nr. 31 (Hagen, p. 16, 137); paullum in initio differunt cod. Vindob. 550 nr. 16 (Tabb. codd. I, p. 94) et cod. Medic. Laurent. (cfr. Bandinium,

T. I, col. 392 §. CXXXIV.) Alia 'De s. Cristof. legenda' ex Hist. Lomb. deprompta habetur in cod. Cremif. 3 nr. 18.

11, f. 94[a]—f. 103[a] 'Incipit *passio Sancte afre mart. Hilarie. digne. evmenie. et evprepie. VII. id. avgvsti.*'

Sunt recte duae partes, quarum prior earum conversionem, altera martyrium (a. 304.) describit, de quibus, quid iudicent Bollandiani, cfr. Boschii commentarium §. II. (in Actis SS. Boll. 5. Aug. T. II, p. 41 sqq.). Prior pars incip.: 'APUD RITIAS IN CIUITATE AVgusta. ueniens narcissus episcopus. tempore quo diocliciani persecutio feruebat' etc et desin. (f. 99[b] lin. 16 sq.): 'nunc uero fructum doctrinę eius in affra prosequamur.' Sequitur nullo tit. praemisso altera pars, hoc init.: 'Apud ritias in ciuitate augusta. cum christianis esset gloriosa persecutio' etc et fine: 'Passa est autem sancta dei afra. cum hilaria matre sua. simul digna. eumenia. et euprepia. uel aliis quos supra memorauimus. die VII. idus aug. regnante d. n. ihesu christo. cui est honor . . amen.' Denis, Vol. I. Cod. CCXCVIII. col. 1164 et Potthast, Bibl. p. 584 varias editiones enumerant, quarum postrema in AA. SS. Boll. l. l. p. 55—58 inscribitur: 'Acta ex edit. Velseri collata cum pluribus exemplar. Mss. et excusis.' Textus noster longior est in fine: nam post verba: 'cum palma martyrii pariter pervenirent' editio nihil habet nisi: 'ipso praestante . . Amen', codex vero inter verba: 'cum palma martyrii peruenerunt' et finem, quem supra dedi, particulam linearum 14 (inc.: 'Eodem quoque die non longe ab urbe roma passi sunt. quiricus. smaragtus (corr. 'smaragdus'). largus. memmia. iulianes et alii quindecim.' etc et des.: 'a die qua per decollationem ad palmam martyrii peruenerunt.'); textus residuus, si lect. variantes multas excipias, concordat. Ead. passio extat in cod. Vindob. 577 nr. 17; extabat quoque prologo 'Adelberti prioris cenobii Augustensis' praemisso in duobus codd. monast. Ss. Udalr. et Afrae Augustae, de quibus Braun, Notitia de Codd. Mss. Vol. III, p. 82 sqq., p. 95. Similis in fine particula ac nostra, sed brevior, legitur in Annotat. ad cap. II. litt. m (AA. SS. l. l. p. 59) ex cod. P. Ms. 20 signato.

12, f. 103[a]—f. 116[b] 'Incipit *passio Sanctorum chrisanti. et darie.*'

Prologus incip.: 'HYSTORIAM PRIORVM SANCTORVM ad aedificationem nostram deus uoluit peruenire' etc et desin.: 'quam omnibus qui crediturі sunt profuturam.' Passio ipsa inc.: 'Polimius uir illustrissimus alexandrinę urbis honoratus et primus ad urbem romam cum filio chrisanto ueniens'. etc. Desin.: 'Uerinus et armenius fratres. a sancto stephano papa romano in sede apostolica facti sunt presbiteri. Et direximus hęc ad omnes aecclesias per orientem et occidentem. ut sciant

omnes quia dominus martyres suos chrisantum et dariam cum multis filiis in triumpho martyrii. et in gloria perpetue corone suscepit. EXPLICIT PASSIO SANCTORVM CRISANTI. ET DARIE.' De hisce Actis, quorum auctores Verinus et Armenius dicuntur, cfr. B. Bossuei commentarium §. I, nr. 14 sqq. (in Actis SS. Bolland. 25. Octobr. T. XI, p. 442 sq.), quo teste primum Graece conscripta et inde Latine versa sunt. Latine leguntur apud Surium, Vit. SS. ad 25. Octobr., Graece et Latine inter AA. SS. Boll. l. l. p. 469—484, quae edit. in rebus inter se conveniunt, in verbis tamen discrepant. Codex noster, qui capitulatione caret, cum textu Bolland. concordat, sed lect. variantes haud paucae. Ead. passio extat in cod. Medic. Laurent. (cfr. Bandinium, T. I, col. 596 §. II.) et in cod. Vindob. 577 nr. 22.

13, f. 116^{b}—117^{a} (alia manu, ut videtur, et atramento fusco) *Hymnus in honorem S. Nicolai, cum neumis; sine titulo.*

Inc.: 'Laus et gloria deo sit in secula. Qui nobis nicolaum tradidit sanctum presulem' etc.

Des.: 'Vt in precibus sacris nostra crimina dissipare satagat. ANTISTES NICOLAUS. ELECTVS.'

Habes hunc hymnum editum apud Mone, Lat. Hymn. d. Mittelalt. Bd. III, p. 451 sq., ubi inscribitur: 'De s. Nicolao (troparium).' Codex vix ullam lect. variantem exhibet.

Fol. 117^{a} pars inferior et f. 117^{b} scriptura vacant.

14, f. 118^{a}—f. 129^{a} 'Incipit *passio Sancti Pantaleonis.*'

Incip.: 'IN NICOMEDIA ciuitate maximus (corr. 'maximianus') imperator multos christianos persequebatur propter fidem et regnum d. nostri ihesu christi' etc. In fol. 128^{a} lin. 13 med., quia membrana atramentum transmiserat, abrumpitur textus et f. 128^{b} denuo assumitur; f. 128^{a} pars inferior vacat. Des.: 'passus est autem sanctus pantaleon. in nicomedia ciuitate. et positus est foris murum. in uilla ciuis adamantis scolastici. in nomine domini ihesu christi. cui est honor . . amen.' Haec passio, si eam cum 'Vita et Martyrio', quae leguntur apud Surium, Vit. SS. ad 27. Jul. et inter Acta SS. Bolland. 27. Jul. T. VI, p. 412—420 conferas, in rebus quidem, si nonnullas minoris momenti excipias, convenit, in verbis tamen plurimum discrepat et fere tota brevior est; si vero narrationem decollationis perlegeris, quin interpolata sit, non dubitabis (cfr. Boschii commentarium §. II, nr. 21 sq., in AA. SS. Boll. l. l. p. 401). Capitulatio codici deest, sed ab init. usque f. 119^{a} distinctae sunt in marg. lect. VIII. Ead. passio habetur in cod. Medic. Laurent. (cfr. Bandinium, T. I, col. 609 §. XLIX.) et in cod. Vindob. 577 nr. 21, in quo initium paullum differt;

idem init. ac in cod. Vindob. iterum in cod. Bern. 133 nr. 3 (Hagen, p. 182).

15, f. 129ª—f. 137ª 'Incipit *passio Herasmi monachi.*'

Inc.: 'FACTA EST PERSECVTIO christianorum a dioclitiano imperatore. ut si quis inuentus fuisset non sacrificare diis.' etc. Des.: 'ut qui me pecierit in nomine tuo recipiat mercedem suam sabbato et dominica. cui est honor . . amen.' Dixi de his Actis suspectis S. Erasmi, Antiochiae episcopi, iam supra ad cod. 3 nr. 20, ubi et codd. nostrorum cum edit. collationem institui; nullibi tamen excepto codice 7 Monachum fuisse lego.

16, f. 137ª—f. 166ᵇ 'Incipit *vita et actus beati corbiniani episcopi et confessoris.*'

Inc.: 'CVM CUPIMUS AD AEDIFICATIONEM audientium uitam beati corbiniani stilo breuissimo explicare' etc, lin. 7: 'Quoniam (?) isdem (haec vocabula deleta) uenerandus dei famulus corbinianus ortus fuerat ex regione melitonense.' etc. Dividitur in capp. 39. Post fol. 140ª statim adeundum est f. 141ª et post fol. 144ᵇ similiter f. 146ª, praeterea id, quod in foliolo 145ª legitur, inserendum est f. 144ᵇ lin. 20 post verbum: 'ignorabitur'; sed nullibi adest defectus. (De fol. 140ᵇ et f. 145ᵇ vide infra.) Des.: 'opem confert iugiter sanitatis. Prestante et miserante d. n. ihesu christo. qui cum deo patre . . amen.' Et duarum linearum spatio vacuo relicto leguntur hi versus hexametri:

'Laus tua cottidie nostro non cessat ab ore.
Exoptet precibus de christo corbinianus.
Ut solidet uitam cum multo robore uestram.
Expellat totum fletus gemitusque dolorem.
Auferat aduersum si quod uos commouet usquam.'

(Fol. 166ᵇ pars inferior, si inscriptionem nr. 17 excipias, scriptura vacat.) De hac vita S. Corbiniani, episc. I. Frisingensis (mort. a. 730.), eiusque auctore *Aribone,* episc. IV. Frising., plura habent Suysken in commentario §. I. (inter Acta SS. Bolland. 8. Sept. T. III, p. 261 sq.); Denis, Vol. II, col. 885 sq. Cod. CCCXCII. (nunc cod. 1026 nr. 19) et Potthast, Bibl. p. 659 sq., qui haec iudicat: 'Von vorzüglichem Werthe für d. Agilolfingische Periode Baierns.' Cfr. quoque de hac vita et seq. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquell. (Berlin, 1858.) p. 77. Vita S. Corbin. edita est ap. Surium, Vitae SS. ad 8. Sept. et ap. Mabillon, AA. SS. Ord. S. Ben. Saec. III, P. I, p. 500—517, melius vero ap. Meichelbeck, Histor. Frising. T. I, P. II. (Aug. Vind., 1724.) p. 3—20 et inter AA. SS. Boll. l. l. p. 281—295. Textus noster, in quo multa correcta sunt, non nisi in lectionibus minoris momenti

ab edit. duabus posterioribus discedit, nonnullae lect. tamen illis edit. praeferendae sunt. Capitulatio ab edit. Bolland. omnino, ab edit. reliquis, quae inter se conveniunt, haud raro differt. Locus de fonte per annos XL exarescente ('Cum autem uir dei obiisset — Sed ad hystorie narracionem redeamus'), de quo Denis l. l., in cod. nostro (f. 159ª, in fine cap. 22) deest, reliquae lectiones ab eod. datae concordant una excepta cum cod. nostro. Aribo (Arpio, Arpeo) sive Erbo, Germanice Erbe, Latine Haeres, Graece Cyrinus, Ord. S. Bened. et ex Abbate S. Dionysii Schlechdorfiensis Episcop. Frisingensis ab a. 764. ad a. 784., scripsit vitam S. Corbin. et vitam S. Emmerammi (de qua infra nr. 17). De eo vide praeter modo citatos: Oudinum, T. I, col. 1826 sqq.; Fabricium, T. I, p. 134 sq. et M. Büdinger, Oesterr. Gesch. Bd. I, p. 141. Ead. vita extat in cod. Sangall. 551 (Hdschr.-Cat. p. 170). — Fol. 140ª in marg. infer. habes aliquot vocabula cum neumis; fol. 140ᵇ legitur *Hymnus* titulo *'De Sancta Afra'* praemisso, manu saec. XIII. versibus continuis scriptus cum neumis.

Inc.: '[G]Rates deo et honor sint per secula. [Q]ui in sanctis suis facit mirabilia.' etc.

Des.: 'Tuo interuentu o beatissima dei martir Afra.'

Habes hunc hymnum editum ap. Mone, Lat. Hymn. T. III, p. 172 sq,, ubi inscribitur: 'De s. Afra (troparium).' Edit. vers. 66—68 codici desunt, ceterum eius lectio non nisi in lin. 4 postremis, quae ad aliam manum pertinere videntur, perraro discedit. Stropharum litt. initiales fere omnes desiderantur. Idem hymn. extat inter sequentias in Missalibus nostris Msc., ex. gr. in codd. 28 f. 62ᵇ, 132 f. 41ᵇ, 295 f. 251ª etc. et identidem in codd. Sangall. (cfr. Hdschr.-Cat. p. 517 in indice). Fol. 145ᵇ manu saec. XIII. scripti sunt *Versus hexametri 12, passim Leonini et incorrecti, ad grammaticam pertinentes; sine titulo.*

Inc.: 'Pontus ponte caret sed ab equo dicitur equor.
Cum fremit esse fretum mare dicas cum sit amarum' etc.

Des.: 'Liber idem bachus vel uir sine conpede natus
Vel liber est codex uel raptus ab arbore cortex.'

(Reliqua f. 145ᵇ pars, si excipias nonnulla tentamina calami, quae habes in marg. super., scriptura caret.) Versus similis argumenti nec tamen eiusdem iam recensui ad cod. 1 nr. 40.

17, f. 166ᵇ—f. 189ᵇ 'Incipit *vita beati emmerammi episcopi et martyris christi.*'

Incip. (f. 167ª): 'In ppetwm (perpetuum) regnante dño nro ihv xpo. qui sanguine suo seruos suos redimere dignatus est.'

etc. Mutila a calce est, desinens in haec verba (f. 189ᵇ fin.): ‘et dum portum peruenissent puppim ingressus. transmisso amnis flu.’ De hac vita S. Emmerammi, Pictavorum episcopi (mort. a. 652.), cuius auctor est idem *Aribo*, de quo modo ad nr. 16, cfr. Suysken in commentario §. I. (inter Acta SS. Bolland. 22. Sept. T. VI, p. 454 sq.) et Potthast, Bibl. p. 684, quo teste parvi pretii est. Edita est ap. Surium, ad 22. Sept. (mutata tamen pro more suo primigenia phrasi) et melius inter AA. SS. Boll. l. l. p. 474—484. Postrema cod. verba leguntur in edit. Bolland. cap. IV. med. (p. 484 col. 1 lin. 35) et residua cap. IV. pars, quae circiter foliis duobus codicis respondet, deest; ceterum lectio codicis, qui capitulatione caret, raro ab edit. discedit. Defectum in fine codicis iam saec. XIV. affuisse, testatur catalogus f. 5ᵇ scriptus nec non catalogorum, qui in tegumento anteriori extant, antiquior, de quibus catal. dixi supra post nr. 2.

Eadem vita extat in cod. Sangall. 556 nr. 1 (cfr. Hdschr.-Cat. p. 175).

Inscriptiones nr. 4—12, 14—17 litteris capitalibus rubris exaratae sunt; litterae init. fol. 159ᵃ—165ᵇ viridi col. confectae et maximam partem rubro col. exornatae sunt, reliquae codicis litterae init., si nr. 2, 13, fol. 140ᵇ, f. 145ᵇ excipias, rubro col. sunt expressae.

---

8. Codex chartaceus saec. XV. Foliorum 304. 4°. partim binis columnis a diversis scriptus.

Constat ex partibus duabus: 1, f. 1—159; 2, f. 160—304.

Fol. numero non signatum, quod inter tegumentum anterius et fol. 1 insertum est, scriptura vacat.

1, f. 1ᵃ—f. 126ᵇ col. 2 (binis columnis) *Johannis Hoffmann de Swidnitz tractatus contra communicantes laicos sub utraque specie sacramentali, sine titulo.*

Incip.: ‘Debemus inuicem diligere / Scribitur prima Johannis IIII° Ca° originaliter Et legitur transsumptiue in currentis dominice missali officio epistolariter Reuerendi patres ac fratres in christo dilectissimi ceterique domini preclarissimi’ etc. Continet quinque partes principales, quarum secunda dividitur in capp. 12, et quarta in capp. 9. De argumento et operis indole haec (f. 5ᵇ col. 2 sq.): ‘Hos autem singulos’ (agitur de haereticis illorum temporum) ‘repellit et confutat ecclesie katholice approbata consuetudo / et eiusdem determinacio atque sanctorum doctorum simulque scolasticorum multiplex atte-

stacio . . quos . . sequendo dico . . . Quod communicacio simplex seu layca sub duplici specie scilicet panis et vini non est de necessitate precepti diuini et iuris indispensabilis seu ad salutem necessaria / Sed asserere sic ipsam esse necessariam est contra scripturam / contra figuram / contra aliquorum hominum naturam / contra ecclesiam non errantem / contra sanctorum attestacionem / contra approbatam consuetudinem / contra sanctorum canonum sanccionem / contra doctorum katholicorum intencionem / contra christianam vnitatem / contra christi voluntatem / contra argumentorum sumptorum ex supposicione fidei et ecclesie et doctrine sanctorum euidentem persuasibilitatem / et contra fraternam qua debemus inuicem diligere caritatem // Pro quorum clariori intelligencia premittam primo aliqua notabilia / Secundo deducam per ordinem singula hec membra / Tercio addam causas quare modum communicandi sub utraque specie immutauit ecclesia romana / Quarto subiungam soluciones auctoritatum et racionum quibus se munit pars aduersa / Et quinto inferam ex dictis aliqua corollaria' etc. Desin.: 'Beati qui habitant et diligunt in secula seculorum Ad quam vitam et dileccionem nos increata vita et dileccio perducat que sine fine . . Amen.' Sequitur litt. rubris haec subscriptio: 'Terminatur *tractatus contra communicantes laycos (sub) vtraque specie sacramentali* editus ab egregio viro Magistro *Johanne Hoffman de Swidnicz* sacre Theologie professore pronunciatus in studio lipczensi Anno dominiM° CCCC°XXI°.' Passim argumenta breviss. aut in ipso textu aut in marginibus leguntur maximam partem litt. rubris scripta. — De hoc tractatu eruditione pleno, quo praecipue contra Wikleffistas et Hussitas pugnatur, vide Denis, Vol. I, col. 1546 sq. Cod. CCCCXV. (nunc cod. 4151 nr. 3) et col. 2178 Cod. DLXXIII. (nunc cod. 4299 nr. 5); priore loco complures habes rei litt. scriptores laudd., qui de auctore, primum Pragensi dein Lips. Theologo, demum Episc. Misnensi et a. 1451. defuncto, eiusque scriptis agunt. Testibus Fabricio (T. IV, p. 84) et Possevino (T. I, p. 901) tract. noster editus est Venetiis a. 1571. apud Dominicum Nicolinum, quae editio, de qua Denis l. l. dubitare videtur, ad manus non est.

2, f. 127ª—f. 133ª col. 2 (binis columnis) *'Canones quomodo sacerdos debet iniungere penitenciam.'*

Inc.: 'A multis quidem erratum est quia peccatum comittitur multipliciter' etc, lin. 5: 'Propterea scribere proposuimus sicud a sanctis patribus statutum inuenimus Corporum et animarum medicinas pleniter et vnumquemque sacerdotem instruere qualiter vnicuique succurere valeat' etc. Secuntur: confessarii 'Oracio' praeparatoria et brevis instructio de inter-

rogat. faciendis, deinde capp. 58 maximam partem titulis instructa, quae ultimo excepto canones breves poenitentiales continent; primum inc.: 'Fecisti homicidium voluntarie et sine necessitate quadraginta dies . . in pane et aqua ieiunare debes' etc, ultimum, in quo de consecratione ecclesiae etc. agitur, incip.: 'Hoc capitulum interponatur et causa intelligenda est' etc et desin.: 'Baptismus ad baptisandum.' Subscriptio: 'Et sic est finis.' De libris poenitentialibus vide Euseb. Amort, De origine etc. indulgentiarum . . notitia (Aug. Vind., 1735. 2°.) P. I, §. VII, p. 13 sqq. [et Emil Friedberg, Aus deutschen Bussbüchern. Halle, 1868]. — Fol. 133ª col. 2 lineis 5 exceptis nec non fol. 133ᵇ—135ᵇ integra scriptura vacant; inter f. 133 et 134 folia 9 exsecta sunt.

3, f. 136ª—f. 144ᵇ *Sermo de indulgentiis in illud: 'videns ihesus turbas', habitus in festo omnium sanctorum; sine titulo.*

Incip.: 'Quamquam non dubitem participes mee legacionis officii atque consortes melius mee (sic) certe et clarius sed forte eciam sufficiencius sentire de indulgenciis prelatorum ad vulgo (sic) promulgandarum' (sic) etc, lin. 11: 'Ex scr ip-tis beate Thome de aquino super IIII° Sentenciarum . . et ex repeticione . . Egregii doctoris decretorum domini Casparis de Caldrinis et ex aliis auttentice (sic) scripturis . . . ligaui' etc. Fol. 137ª lin. 24 sqq. insertus est locus Germanicus, quo definitio indulgentiae continetur; fol. 144ª legitur hic locus corruptus: 'dic secundum literas ad sanctum michaelem qui orat pro duce wyennensi et Johanna ducissa / habet duos annos et XXX dies adde. de anniuersario / Magister Nicolaus de haynhatschirchn̄ (leg. 'Hoenharzkirchn̄') ad sanctum Stephanum' etc. Desin.: 'ut eciam hodie multiplicatis intercessoribus videl. omnibus sanctis eius / quorum meritorum indeficiencia inestimabilis est indulgencia Indulgencia (sic) qua malis absoluimur nob is largiatur prestante deo patre . . Amen.' Praeter Thomam de Aq. et Casp. de Caldrinis laudantur: Augustinus, 'Magister Nicolaus Dinckel'(spühel) (f. 137ᵇ, 138ᵇ, 139ᵇ), 'Magister petrus de pulka' (f. 137ª, 142ª), Glosa, 'Ostiensis', 'Johannes Andree', Wilhelmus, 'Magister Joh. Westuält' (de Westphalia) (f. 139ᵇ), Aristoteles, Archidiaconus, Dionisius, alii. Textus multis calami mendis scatet. Habitus est sermo certe a presbytero dioec. Pataviensis et, ut videtur, Viennae in ecclesia S. Stephani, occasione cuiusdam legationis. Id. sermo extat in cod. Cremif. 45 nr. 3, qui textum correctiorem, sed multas lect. variantes exhibet. Ea, quae in cod 8 a f. 137ª lin. 20—f. 138ª lin. 16, f. 140ᵇ l. 3—142ª l. 15, f. 142ª l. 28—143ª l. 16, f. 143ᵇ l. 22—144ᵇ l. 30 leguntur, iterum habes nonnullis mutatis in tract. de indulgent. anonymo, qui extat in cod. Cremif. 157

nr. 14, et quidem a f. 169ª lin. 5—f. 169ᵇ lin. 4, f. 171ᵇ l. 10—48, f. 172ª l. 13—172ᵇ l. 16, f. 172ᵇ l. 30– 173ª l. 19; textus residuus differt.

4, f. 145ª—f. 155ª *Sermo de indulgentiis.*

Inscriptio: 'Indulgencia qualiter et quomodo valeat sermo subsequens declarat.' Inc.: 'Quodcunque ligaueris super terram . . Duos fines vltimos futuros esse in fine seculi describit beatus Augustinus' etc. Des.: 'alioquin indulgencie date in mortis articulo non valerent etc. Et sic est finis.' Idem extat in cod. Runensi 30 nr. 2 (cfr. Weis, p. 27) et in cod. Cremif. 45 nr. 2, in quo inscribitur: 'tractatus de indulgent. optimus.' Textus cod. 45 in fine aliquot lineis longior est quam cod. 8; ceterum uterque, si lect. variantes multas non respicias, concordat. Eundem tract. recenset Denis, Vol. I, col. 2071 Cod. DXLVI. (nunc cod. 4127 nr. 3), ubi habet haec: 'Eiusmodi Tractatum Francisci de Mayronis apud se fuisse testatur Luc. Waddingus in Bibl. O. M.', nec non tit.: 'Sermo bonus de indulgentiis' Vol. II, col. 851 Cod. CCCLXXXI. (nunc cod. 4610 nr. 12), ubi conicit esse Henrici de Hassia, quo saltem suo iudicio indignus non est. In omnibus codd. laudd. sermo sive tract. anonymus est. Idem ac nostrum init. exhibent Sermones magistrales et ipsi anonymi, qui extant in cod. Florian. 138 nr. 2 (Czerny, p. 65). — Nr. 1—4 ead. manu scripti sunt. Fol. 155ᵇ—159ᵇ scriptura carent.

5, f. 160ª ᵇ (alia manu minus diligenti) *Sermo Magistri Johannis Fluck ad populum.* Haec habes in fine.

Inscriptio: 'Questio est ista' (rubr.) Inc.: 'Questio . . Vtrum homo vere contritus et confessus . . iniuncta sibi penitencia ad mensem . . . et antequam exspiret terminus penitencie . . Et cadat de nouo in peccatum mortale utrum ipse tunc complendo penitenciam ad finem . . satisfaciat prioribus peccatis' etc. In fine legitur: 'Iste est sermo magistri *Johannis fluck* ad populum secundum predictas duas opiniones superius recitatas.' Joh. Fluck de Pfullendorf, Professor in universit. Vindob. ibique a. 1409. et 1413. Rector, Canonicus ad S. Steph., de quo vide Aschbach (Bd. I, p. 611 in indice), qui tamen nihil habet de operibus. Cfr. infra nr. 9.

6, f. 160ᵇ—f. 172ᵇ *Sermones 5: duo breves in illud: 'Beati oculi' etc. et 'Cum turbe irruerent'; 'de penitencia etc et de reconciliacione pro homicidio', duo 'de satisfaccione.'*

Serm. primo et priore de satisfact. exceptis instructi sunt tit. rubris. Primus, quem rectius thema dixeris, incip.: 'Circa hoc ewangelium Beati oculi . . Circa hunc legis peritum qui deum laudabat deinde temptabatur (sic) / reprehenduntur omnes' etc. Ultimus inc. (f. 166ᵇ circa fin.): 'Consequenter que-

ritur / Quomodo fieri debet satis faccio pro dampnis anime illatis pro quo notandum quod bona anime sunt virtutes' etc. Fol. 169^{b} med. textus abrumpitur, sed manu paullo posteriori adnotatum est: 'Hic nichil deficit / sed verte duo folia vbi incipit suum puniat' et f. 172^{a} revera textus his verbis assumitur; f. 169^{b} pars inferior nec non f. 170 et 171 integra vacant scriptura. Des.: 'nam nullum opus bonum sine fide est deo acceptabile.' Inter serm. 2 et 3 inserta est (f. 161^{b}) 'Nota Condiciones contricionis secundum *Ma(gistrum) Joh'(annem)* (rubr.), quae incip.: 'Pudor / timor / dolor / abieccio propria / amor et deuocio' etc. Videtur eiusdem Joh. Fluck esse, de quo modo ad nr. 5.

7, f. 172^{b}—f. 185^{b} *Notae de contritione, de confessione, de peccatis, de absolutione et de ieiunio.*

Sunt notae 9, quibus rubricae praecedunt; quattuor priores (binae de contrit. et de confess.), quae fusiores sunt et fere totae ex quaestionibus constant, fortasse rectius dicendae sunt sermones. Prima 'Nota de contricione' incip.: 'Sequitur modo aliquid de contricione / Et est aduertendum secundum M(agistrum) sentenciarum libro / 4° / dist. 16 / tria requiruntur. ad absolucionem criminum' etc. Fol. 182^{b} et 183^{a} habentur duae notae, quae inscribuntur: 'Nota differenciam inter peccatum mortale et veniale et quidquid consimilibus' (sic) et: 'sequitur de dampnis que venialia nobis conferunt', tum f. 183^{b} nota inscripta: 'sequitur sermo absolucionis', denique f. 184^{a} et f. 185^{a} duae notae de ieiunio, quarum posterior incip.: 'Item Hic excipiuntur infirmi. quia natura talium est fragilis' etc. In fine legitur: 'Et hec sunt dicta per venerabilem. *M. Nicolaum* doct. sacre scripture. circa ewangelium vbi dyabolus christo dixit Si filius dei es. Dic ut lapides etc Hic eum temptavit in gula. superbia et auaricia', quae subscriptio, num non nisi ad ultimam notam aut ad omnia, quae codice inde a f. 172^{b} continentur, pertineat, non liquet; ceterum Magistrum Nicolaum puto esse Nicolaum de Dinkelspühel (cfr. quae infra post nr. 19 dixi). Fol. 185^{b} med. atramento foedatum est.

8, f. 185^{b}—f. 194^{b} *Sermones 5: 'de anuncciacione marie', de oratione, de 'pater noster', 'de ascensione domini' et de 'Dominica prima post pentecosten.'* (rubr.)

Primus inc.: 'Notandum est quod in principio mundi deus creauit adam et euam purum' etc. Sermo 2 inscribitur: 'peticio nota'; serm. 3 (f. 187^{b}—191^{b}) interpretationem orationis Domin. continet. Ultimus inc.: 'Lucas Cap. 16 Erat quidam homo . . Item sanctus gregorius dicit quod in scriptura nullas (sic) legitur' etc et des.: 'omnia nobis ad melius ordinauit. qui nobis eterna gaudia largire concedat Amen.'

9, f. 194^{b}—f. 197^{b} *Sermones 3 'de Cena domini.'* (rubr.)
Primus 'Sermo bonus' etc. incip.: 'Cum christus filius dei voluit transire ab hoc mundo cenavit cum discipulis suis. et conclusit vetus testamentum' etc. In fine: 'Hec venerabilis. *M. Nicolaus.*' Iterum Nicolaum de Dinkelsp. intelligo; sed haereo, num totus sermo ipsi tribuendus: certe hic sermo non legitur inter eius serm. 5 de sacramento altaris, qui extant exempli grat. in cod. Cremif. 154 nr. 7 et in cod. Vindob. 4152 nr. 1, de quo Denis, Vol. I, Cod. DCCLXII. col. 2777 (cfr. infra post nr. 19). Tertius incip. (f. 196^{b}): 'Ante diem festum pasce sciens ihesus . . . Johannes / cap^{o} / 13^{o} / Notandum est circa ewangelium quod christus tripliciter preponitur nobis' etc. Desin.: 'ergo omnes te (?) non lauant.' et litt. minoribus ascriptum est: 'M^{r}/ *Jo. ff.*' = Magister Johannes fluck, ut non dubito. Inter eius sermones, qui extant in codd. Vindob. (cfr. Tabb. codd. III, p. 495 sq. in ind.) nostrum non repperi. De auctore vide supra nr. 5.

10, f. 197^{b}—f. 208^{a} *'Sermo de passione domini', 'sermo de temptacione', 'Dominica in LXX^{a} sermo bonus'* (rubr.), *thema de dom. IV. post epiph.; sermones 4: de dom. sexages., quinquages., III. quadrages. et in passione.*
Primus inc.: 'Tristis est anima mea . . Circa sermonem istum est sciendum. quod doctor quidam inquid' etc. Sermones quatt. posteriores anepigraphi sunt. Ultimus inc. (f. 207^{a}): 'Johannes ca.^{lo} 8^{o}. Quis ex uobis . . Et vlterius dixit si veritatem vobis dico . . Ibi dicit sanctus gregorius Ecce quam pie christus saluator' etc et des.: '5^{o} Cum inspiracione ipsum ad contricionem vocat.' Fol. 207^{b} marg. sup. legitur: 'Ewangelium quando christus se clarificauit in monte etc Jo. predicatorum' (rubr.), quae inscriptio minime convenit cum argumento huius serm. nec cum alio.

11, f. 208$^{a b}$ *Notae 3: 'De templo materiali', de rebus homini necessariis, de triplici statu sanctorum.*
Prima inc.: 'Item Si vis iustifficari in templo dei considera illa quatuor' etc; II. inc.: 'Item Circa quemlibet hominem duo sunt consideranda. scil. necessitas persone. et necessitas eius status' etc et des: 'et hec dicit Magister sentenciarum beatus thomas. et alii doct. et predicatum est a *Magistro niculao* doctore sacre pagine'; III. inc.: 'Nota triplex status sanctorum scil. stand' etc, in fine ascriptum est marg. sinist.: *'Magister nicolaus.'* (rubr.) Ad Nicolaum de Dinkelsp. refero (cfr. infra post nr. 19).

12, f. 208^{b}—f. 210^{b} *Tractatus brevis de satisfactione.*
In marg. sinist. legitur tit.: 'Satisfacio' (rubr.) Incip.: 'Peccatum non dimittitur nisi ablatum restituatur Hec augustinus/

Status (leg. 'Scotus') et bonaventura' etc. Secuntur capita duo, quae litteris rubris inscribuntur: 'Sequitur modo de dampnis anime illatis' et: 'Sequitur modo tercia satis faccio' (leg. 'tertia pars satisfaccionis'). Desin.: 'et obligatur sibi satis facere et hoc tantum de illo.'

13, f. 210^{b}—f. 215^{a} *Sermones 2: de contritione et de confessione; thema de dom. in palmis.*

Sermo prior ex quaestionibus 8 in capita 7 divisis constat et incipit: 'Queritur quid sit contricio / 2° queritur quod et que ad eam requirantur' etc; serm. alter anepigraphus, qui capp. 9 continet et fere totus ex quaestionibus constat, incip. (f. 213^{a}): 'Sequitur modo de confessione Pro quo sciendum quod duplex est confessio' etc. Thema, quod in marg. inscribitur 'Nota', incip.: 'Mat. 21. capi.^{lo} Ite in kasstellum etc Item asinus fuit communis'(?) etc.

14, f. 215^{a}—f. 217^{b} 'Nota *quinque puncta de corpore christi / vel de sacramento altaris*' (rubr.)

Incip.: 'In Exordio presentis negocii deo scienciarum domino humiliter invocato protestamur' etc. Sunt capp. 5, quibus rubricae praecedunt. Desin.: 'qui in ipso Sacramento veraciter continetur.' Est 'declaracio' sive determinatio doctorum theolog. ac iuris can. in universit. Vindob. de propositionibus, quas Magister Joh. Munsingerus sive Muntzingerus, Rector scholae Ulmensis dioec. Constant., a. 1384. oratione habita et scriptis deinde emissis de incarnatione et de sacram. altaris defenderat. Cfr. Fabricium, T. V, p. 91 nec non Denis, Vol. I, col. 815 sq. Cod. CCXLI. (nunc cod. 4173 nr. 12), ubi eandem declarationem, et Cod. CCCCL. col. 1772 sq., ubi aliam harum thesium determinat. 'per facultatem Theolog. studii Wienn.' factam (in cod. Sandorotheano tributam Henrico de Hassia) recenset. Aliud de iisdem 'Iudicium Magistrorum Academiae Viennensis' etc. edidit Schelhornius, Amoenit. lit. T. XI, p. 222 sqq. nec non idem ibid. 'Iudicium Magistror. Acad. Pragensis' etc. T. VIII, p. 511 sqq. In hoc posteriori iudicio inserta est inde a p. 527 nostra declaratio: edit. 4. et 5. 'punctus' exhibentur in codice inverso ordine; cod. III. 'punctus' brevior est in fine; desunt enim ea, quae editio p. 538 lin. 10—p. 539 lin. 19 habet; cod. IV. punctus efficit edit. 5. punct. init.—p. 550 lin. 1, p. 550 lin. ult.—551 l. 21; codicis V. punctus fere totus contractus est, sed verba cod. postrema cum fine 4. puncti editionis concordant et leguntur p. 548 lin. 20; praeterea cod. textus lectu difficilis passim brevior et minus correctus est. Idem ac nostrum init. habes in cod. Florian. 88 nr. 10 (Czerny, p. 38).

15, f. 217ᵇ—f. 219ᵃ *Quaestio 'De offertorio'* (rubr.), *notata de 7 donis spiritus s. et de 8 beatitudinibus.*

Quaest. inc.: 'Queritur vtrum licitum sit offerre in ecclesia. Respondetur quod sic' etc. Notata de donis spir. s., quae inscribuntur: 'He (sic) sunt septem dona spiritus sancti', dividuntur in capp. 7 tit. rubris instructa, in quibus praecipue de peccatis contra haec dona agitur; not. de beatit., quae inscribuntur: 'Secuntur octo beatitudines', dividuntur in capp. 8 numerata. Priora inc.: 'Donum sapiencie quod sapere debeo quod deus omnia (?) preseruat' etc, posteriora inc.: 'Beati pauperes spiritu i. e. illi qui beniuole diuicias mundanas abrenunciant' etc.

16, f. 219ᵃ—f. 238ᵃ *Sermones varii argumenti et excerpta homiletica.*

Sunt serm. 22, si capita, quorum tituli leguntur hi: (f. 225ᵇ) 'Sequitur fraterna correccio', (f. 226ᵇ) 'Nolite iudicare ne iudicemini', (f. 227ᵃ) 'Circa decem precepta est notandum', (f. 231ᵇ) 'Secuntur sex peccata in spiritum sanctum' et (f. 232ᵇ) 'Sequitur aliquid de baptismate' dicas sermones. Si serm. 2, 8, 15, 18 excipias, omnes tit. rubris gaudent. Primus 'sermo super ewangelium Exiit edictum' inc.: 'Exiit . . Hic est notandum Modus scribendi totum mundum. Rex augustus habuit seruum uel militem. vt iam esset iste Reinprecht de balse.' etc. Post serm. 3 'De circumcisione domini' inserta est (f. 221ᵃ sq.) 'nota de lusoribus.' (rubr.) Fol. 234ᵃ—235ᵃ continentur varia excerpta homiletica. Ultimus 'Sermo de natiuitate marie virg.' incip.: 'Pro quo est notandum quod due sunt vite scil. vita contemplativa et vita operatiua' etc et desin.: 'vsque ad finem vite eius que ipsa impetrare dignetur nobis.'

17, f. 238ᵃ—f. 243ᵇ *Considerationes 6 'Ad fugandum et repellendum nostra peccata et delicta et ad resistendum ipsis', sine titulo.*

Incip.: 'Ad fugandum . . Hec mentibus nostris et racioni diligenter commendemus et omne nostrum posse ad hoc inclinemus' etc. Desin.: 'boni cum tota turba angelorum et legioni (sic) celestium ad gaudia eterna que nobis prestare dignetur . . Amen.'

18, f. 243ᵇ—f. 253ᵇ *Tractatus duo: 'de VII mortalibus peccatis' et 'de X.ᶜᵉᵐ preceptis.'* (rubr.)

Prior inc.: 'Primo igitur considera ut deum diligas ex toto corde . . dilige ergo sic ex toto corde et voluntate' etc. Agitur non nisi de superbia et vana gloria, de invidia, de ira, de avaritia, de accidia, non vero de luxuria et de gula. Alter incip. (f. 250ᵃ): 'Primum preceptum est Non adorabis deum alienum / super istud debes obseruare triplicem exposi-

cionem' etc. Quodlibet praecept. triplici modo exponitur. Desin.: 'nunc colore albo nunc ore rubeo nunc oculis nunc crinibus falsis.'

19, f. 253^{b} — f. 255^{a} *'Capitulum De Indulgenciis.' et 'Capitulum contra illos qui incarcerant sacerdotes.'* (rubr.)

Primum incipit: 'Contra illos qui dicunt quod indulgencie nihil sint nec prosunt (sic) in remissionem peccatorum / Loquendo de indulgenciis generalibus' etc, alterum incip.: 'Contra illos qui captiuant . . licet tamen sine corporis offensione ponitur' etc. Sequitur brevis nota: 'Sanctus Tho. de aquino conpilauit preter summam contra gentiles / tres / summas quas vocant partes' etc.

Nr. 5—19 collectanea theologica repraesentant, quae, ut puto, ad usum practicum congesta sunt, sed textu minus correcto. Collector nescio quis in notis et serm., quos modo nr. 7 et 13 recensui, conscribendis usus esse videtur Nicolai de Dinkelspühel tractatu 'de penitencia et eius partibus' (cfr. cod. Cremif. 9 nr. 5) nec non passim aliis eiusdem tractatibus; ergo et Magist. Nicolaum, qui nominatur supra nr. 7, 9 (serm. 1) et 11 (not. 2, 3), intelligo Nicolaum de Dinkelsp., de quo iam dixi ad cod. 1 nr. 8. — Laudantur praecipue: Augustinus, S. Thomas de Aq., Scotus, Gregorius, Magister sententiarum et passim: Bernhardus, Bonaventura, 's. Jeronimus', 'Chrisostomus', Aristoteles, 'Nicolaus de lira', Ambrosius, Beda, 'ysidorus', Glosa, Hugo, 'Anshelmus', 'cesarius', 'M^{r}. hainricus de hassia' (f. 185^{b}, 198^{b}, 242^{a}), Cyrillus, 'Symon de cassia', Origenes, Damascenus, Durandus, Reymundus, Magister petrus de pulca (f. 247^{a}), alii. — Aliquot vocabula Germanica immixta sunt; in margine saepe argumenta breviss. leguntur col. rubro scripta. Fol. 255^{b} scriptura vacat.

20, f. 256^{a}—f. 267^{b} 'Item *Sermo de Cena domini Magistri Hainrici de Hassia Egregii Doctoris sacre theologie in wienna ad populum factus.*'

Incip.: 'Accipite et manducate I. Cor. 11 in epistola hodierna Quia difficile est verbum dei predicare sine pedum macula i. e. sine culpabili affeccione humane laudis' etc. Desin. (f. 266^{b} lin. 2 sq.): 'Jo. 6 Qui manducat et bibit habet vitam eternam quam ipse nobis concedat qui . . Amen.' Sequitur tit. rubro 'De eodem sermo' praemisso brevior II. partis textus, hoc init.: 'Vel aliter Dixi 2° et breuius quod in verbis predictis precipitur manducacio Sacramentalis fructuosa' etc et fine: 'sed in membris quibus per hoc meruit ut magis sibi vnirentur ffinis sermonis . . Magistri *Hainrici de Hassia.*' Henricus de Langenstein (a longo lapide), dictus de Hassia, natus a. 1325., Doctor Theolog., professor in universit. Pari-

siensi et ab a. 1383. in univ. Vindob. celeberrimus, ibid. 1393. Rector, nulli Ord. religioso addictus, mort. 11. Febr. 1397. Hic H. de Hass. senior accurate distinguendus est ab alio H. de Hassia iuniore, qui fuit Lector in univ. Heidelberg. et postea Ord. Carthus. ingressus obiit 1428. De H. de Hass. seniore eiusque scriptis vide: Aschbach, Bd. I, p. 366 sqq.; [O. Hartwig, Henr. de Langenst. dictus de Hassia. Marburg, 1857. 8.°]; Bern. Pezium, Thes. Anecdot. Dissert. Isagog. T. I, p. LXXIV sqq.; Oudinum, T. III, col. 1252 sqq.; Fabricium, T. III, p. 216 sqq.; Ossinger, p. 987 sq.; Ant. Mayer, Gesch. d. geist. Cult. in Niederösterr. Bd. I. (Wien, 1878. 4.°) p. 184, 374: Pezius p. LXXVII, 6, nr. VIII. hunc serm. e cod. nostro excitat, sed post thema legit: 'Quam difficile est.'

21, f. 267^{b}—f. 283^{a} *'Sermo de Anuncciacione sancte marie virginis gloriose'* (rubr.), *sermo de nativit. Domini, 'Collacio de festo pasche.'* (rubr.)

Primus inc.: 'Hic homo multa signa facit Scribitur originaliter Joh. 11° / ca^{lo} / Transsumtive vero in hodierno feriali ewangelio / Reuerendus / beatus et gloriosus pater noster Bernhardus' etc; alter, qui inscribitur: 'Idem de . .' (eras.), incip. (f. 274^{b}): 'Venite et videte opera domini / psa. 45. Re. leo papa in sermone quidem presentis festivitatis ait / Quamuis omnibus diebus' etc.' Collacio' etc. inc. (f. 280^{a}): 'Deus suscitauit eum . . Act. 13.° Re(verendi) etc. patres etc. Diuine scripture considerantibus decursum luculenter apparet' etc et des.: 'corporis et anime excellentissima totalicia / quorum nos participes faciat dominus noster . . Amen.' Habiti sunt hi serm., quos, ad eund. auctorem spectare puto, apud sacerdotes et clericos (cfr. f. 278$^{a\,b}$, 280^{a}) et quidem, ut ex initio primi conicio, Ord. Cisterc. Citantur praecipue: Augustinus, Bernhardus, Gregorius et passim: S. Thomas, Magister (sentent.), Leo papa, Anselmus, 'Dyonisius', 'Chrisostomus', 'Symon de Cassia', Aristoteles, Glosa, Bonaventura, Alexander de hallis, Wilhelmus, alii.

22, f. 283^{a}—f. 285^{a} *'Questio vtrum indulgencie in vita date prosunt animabus in purgatorio.'* (rubr.)

Inc.: 'Queritur vtrum . . et videtur quod sic / racio / Omnis existens in sinu militantis ecclesie' etc et des.: 'directe non possunt recipere indulgenciam sicut visum est Et sic patet questio declarata' Fol. 285^{a} pars inferior et f. 285^{b}—291^{b} integra carent scriptura.

23, f. 292^{a}—f. 297^{b} *Quaestiones breves theologicae.*

Sunt capp. 4, quorum I. quaestiones 10 de caritate, quae ult. excepta in marg. numerantur, II. quaest. de debito coniugali, III. quaestiones 'De officiis clericorum' (rubr.) et IV.

quaest. 21 de ieiunio, quae in marg. numerantur, continet. Quaest. I. 'vtrum caritas / semel habita possit amitti' (rubr.) incip.: 'Questio vtrum . . Respondetur secundum Tho. 2ª 2ᵉ q. 24 / tripliciter / possumus caritatem considerare' etc. Caput ult., quod inscribitur: 'Nota De ieiunio Primo' (rubr.), incip.: 'Jeiunium triplex. Jeiunium primum corporis a cibo materiali' etc et desin.: 'virtus i. e. virtuosus. vt mereatur.'

24, f. 297ᵇ—f. 301ᵇ *Quaestiones duae de cultu sanctorum.*

Prior 'Questio' (rubr.) incip.: 'Quare autem sub tempore noui testamenti festa communiter non habent sancti. testamenti veteris // Esse potest ideo quia patres veteres honorantur sufficienter in filiis suis' etc. In fine (f. 300ᵇ med.) leguntur haec: 'tantum de illa questione et est magistri *hainrici de hassia* super genesim / Hec de sexta sequela dicta sufficiant.' Quid vero sibi velint 'Hec de sexta' etc. non intelligo. Altera 'questio' ead. linea incip.: 'Vtrum sine vicio accepcionis personarum potest amatoribus maior honor sew cultus solennior exiberi (leg. 'exhiberi') sanctis minoribus // Respondetur / Quia ut partim ex premissis habetur / varie reperiuntur cause racionabiles' etc et desin.: 'quam tetigit 2.ª racio ante oppositum questionis principalis.' De H. de Hassia supra nr. 20 dixi. Prior quaest. deprompta est ex eius commentario in Genesin (cfr. Aschbach, p. 387 sq.), qui saepius extat in codd. Vindob. (Tabb. codd. III, p. 507 in ind.); altera quaest. fortasse ex eod. comment. petita est.

25, f. 301ᵇ—f. 303ᵇ *Propositiones de honore Deo praestando, sine titulo.*

Inc.: 'Deinde qua (sic) prima racio uidebatur probare quod deus est tali [et] tanto honore dignius (sic) qualis et quantus sibi exhiberi non potest / Ideo pono circa hoc aliquas proposiciones / Quarum prima sit / Quod nulla creatura est ad omnem speciem honoris possibile (sic) sub gradu uel excellentissimo obligata deo' etc. Mutilae a fine sunt, desinentes in haec verba: 'homo facere solet in singulis que agit / Quarta propositio est.' Hae proposit. procul dubio sunt pars maioris operis, sed, num ad nr. 24 pertineant, non liquet.

26, f. 304ª col. 1—2 med. *Versus 64 Leonini de gallo quid significet positus super ecclesiam, sine titulo.*

Incip.: 'Multi sunt presbiteri qui ignorant quare
supra domum domini gallus solet stare' etc.
Desin.: 'Tenaci memoria quasi nux muscata
Plus reddit aromatum bene masticatum' (leg. 'masticata').

Versus de gallo ediderunt Oechsle, Serapeum I. (Lp. 1840.) p. 107 sqq. et Feifalik, Studien z. Gesch. d. altböhm. Lit. V. (Wien. Sitzgsber. Bd. XXXVI, p. 162 sq.); prior edit. vers. 104

passim incorrectos, posterior vers. 48 continet. Codicis nostri versus 13—16, 21—24, 29—36 desunt in utraque edit., residui cod. vers. efficiunt edit. prioris vers. 1—12, 27—30, 17—20, 37—44, 31—34, 45—56, 61—64, sed eod. ordine leguntur in edit. poster.; lect. variantes haud paucae. Editio, quam curavit Edélestand du Méril, Poésies populaires latines du moyen âge. Paris, 1847, p. 12 sqq., ad manus mihi non est, sed cum edit. Oechsle concordare videtur. Versus de gallo commemorant: Denis, Vol. I, col. 2317 sq. Cod. DCXIII. (nunc cod. 883 nr. 19), in quo cod. additur ad calcem: 'Wilh. nan sacerdos in leyden'; Ign. Zingerle ex cod. miscellan. Sterzing. (Wien. Sitzgsber. LIV, p. 309); Weis ex cod. Run. 5 nr. 18 (Hdschr., p. 8). Fragmentum versuum 9 extat in cod. Cremif 69 f. 104^{b}.

Fol. 304^{a} col. 2 pars inferior et f. 304^{b} vacant.

Nr. 5—26 scripti sunt, ni fallor, 5 diversis manibus: 1, f. 160^{a}—169^{b} et, ut videtur, f. 256^{a}—267^{b} (lin. 7); 2, f. 172^{a}—255^{a}, 267^{b} (lin. 8)—285^{b}, 292^{a}—297^{b} (med.) et, ut videtur, f. 300^{b}—301^{b} (med.); 3, f. 297^{b} (med.)—300^{a} (fin.); 4, f. 301^{b} (med.)—303^{b}; 5, f. 304^{a}. Nr. 5—25 nomina auctorum et locos notatu dignos maximam partem linea rubra distinctos exhibent.

Litterae init. nr. 1, 3, 4, 20, 25 omnes et nr. 2, 23 passim rubro col., reliquorum omnium nigro col. exaratae sunt.

---

9. Codex chartaceus saec. XV. Foliorum 311. 4.^{0} minimam partem binis columnis exaratus.

Scriptus est tribus diversis manibus: 1, f. 1^{a}—19^{b}; 2, f. 21^{a}—230^{b}, 252^{a}—310^{b}; 3, f. 231^{a}—245^{b}; quarum prima, ut non dubito, est 'Oswaldi presbiteri in Chremsmunster' (cfr. supra cod. 3 nr. 29).

1, f. 1^{a}—f. 14^{a} col. 2 (binis columnis) *'Exposicio oracionis dominice.'* Hic tit. legitur in indice tegumenti anterioris.

Dividitur in sermones 15, quorum secundus litt. rubris inscribitur: 'De eodem ser'(mo), III.: 'ser'(mo) et X.: 'Item de corpore christi', residui titulis carent. Sermo I. inc.: 'Pater noster. etc. Scribit cantor parisiensis in opere suo super psalmos quod vice quadam beato Augustino quoddam sompniauit sompnium in hunc modum' etc. Sermo ult. inc. (f. 12^{a}): 'Circa temptacionem vero nota tria. Primo quomodo nos dyabolus temptat' etc et des: 'Sed libera nos a malo. preterito. presenti. et futuro. AmeN.' Auctor est *Syboto,* id quod probatur

codice Cremif. 211 nr. 1, in quo idem opus inscribitur: 'Syboto super Pater noster.' Textus, si lectiones variantes haud paucas excipias, concordat; codicis 9 serm. 1 et 2, 9—11, 14 et 15 coniuncti sunt in cod. 211, reliqua divisio eadem est. De auctore, qui fuit Ord. Praed., cfr. cod. Cremif. 48 nr. 5; Quetif et Echard, Fabricius, Joecher sub voce 'Sibito Viennensis' eius 'Opus egregium in Orat. Dominicam' commemorant.

2, f. 14ª col. 2—f. 17ª col. 1 (binis columnis) *'De articulis fidei katholice.'* (rubr.)
Est brevis symboli Apostol. expositio, quae incip.: 'Primus igitur articulus est Credo in deum . . creatorem celi et terre. Credo i. e. fide tendo in deum' etc et desin.: 'puncta autem fidei sue uel eciam implicite numerare nescit.'

3, f. 17ª col. 1—f. 17ᵇ col. 2 (binis col.) *'De hiis que fidem confirmant.'* Hunc tit. habes in marg. inf.
Incip.: '[D]icto super que stabiliri (sic) debet noster intellectus. restat dicere que confirmacionem habent animum stabilire' etc. Des.: 'et hec dicta sufficiant de fidei fulcimentis.' Fortasse ad nr. 2 pertinet.

4, f. 17ᵇ col. 2—f. 19ᵇ col. 2 (binis col.) 'Incipit *prologus super missam.*' (rubr.)
Inc.: 'Ezechielis In visione dei qui vniuersum ecclesie statum futurum preuidit. inter cetera vidit rotam in rota' etc. In fine legitur nota de elevatione corporis Christi, quae desin.: 'omnes qui . . adorant . . hoc corpus domini dum eleuatur. XL. dies indulgencie ab Innocencio papa III° consequentur.' Fol. 19ᵇ col. 2 pars inferior et f. 20 vacant scriptura.

5, f. 21ª—60ᵇ (alia manu) *'Tractatus Magistri Nicolai de dinckel(s)puchel de penitencia et eius partibus.'* (rubr.)
Sunt sermones quadragesimales. Init.: 'Ecce nunc tempus acceptabile . . 2.ª cor. 6° Duo sunt tempora hominis vnum iusticie quod incipit in hominis morte' etc. Fol. 40ᵇ praemittitur haec rubrica: 'Sequitur de Secunda parte penitencie videlicet de Confessione' et f. 51ᵇ haec: 'Sequitur de tercia parte penitencie videl. de satisfaccione.' Finis: 'contra triplex ius naturale ecclesiasticum et diuinum a quo nos custodiat qui . . Amen.' Et subscribitur: 'Anno domini M°CCCC° 39 Sabbato quo canitur karitas dei.' i. e. Sabb. quat. temp. Pentec. — Idem tract. extat in cod. Cremif. 50 nr. 7 et anonymus in codd. 191 nr. 12 et 345 nr. 1. In Nicolai opusculorum edit. Argent. 1516. est tract. IV.: 'De tribus partibus penitentie' (fol. 68ª—92ª): codd. nostri omnes in textu, si lect. variantes minoris momenti non respicias, consonant; divisio codd. 9 et 345 eadem est, sed cod. 191 bis et cod. 50 iden-

LENTII. TYPIS HERED. JOS. FEICHTINGER.

CATALOGUS

CODICUM MANUSCRIPTORUM

IN BIBLIOTHECA

MONASTERII CREMIFANENSIS

ORD. S. BENED.

ASSERVATORUM

IN MEMORIAM ANNI A FUNDATO MONASTERIO MC. JUBILAEI

EDIDIT

P. HUGO SCHMID,

PROFESSUS CREMIFANENSIS ET BIBLIOTHECARII ADIUTOR.

TOM. I. FASC. III.

LENTII.

PROSTAT IN LIBRARIA EBENHOECHIANA (HENR. KORB).

MDCCCLXXXI.

R. cat. 4° 6

259219

tidem differt. De auctore iam dixi ad cod. 1 nr. 8. Eund. tract. habes in codd. Florian. 242 nr. 2 et 339 nr. 3 (Czerny, p. 102, 138), in cod. Run. 36 nr. 1 (Weis, p. 36), saepius in codd. Mellic. (Kropff, p. 171) et Vindobb. (Tabb. codd. III, p. 534, VII, p. 342 in ind.), alibi.

6, f. 60ᵇ—f. 146ᵇ *'Dicta Magistri Nicolali* (sic) *Super decem precepta.'* (rubr.)

Sunt rectius duo tractatus; prior constat ex sermonibus 11, quibus rubricae praecedunt, hoc initio: 'Scribitur Mat. 22° quod cum quidam legis doctor interrogasset dominum dicens Magister quod est mandatum magnum in lege' etc. et fine (f. 100ᵇ): 'de illa dictum est inter alia vicia capitalia alias.' Ead. pag. sequitur alter tract., qui dividitur in capp. 12 sive rectius sermones rubricis instructos, quorum primus inscribitur: 'Sermo decem preceptorum decalogi' (rubrica ex errore scriptoris legitur f. 100ᵃ) et II.: 'Sermo de sancto iacob apostolo'; incipit autem sic: 'Preter precepta legis nature communia ut sunt illa omne bonum est faciendum' etc. et desin.: 'sit deo accepta et digna premio glorie sempiterne ad quam nos perducere dignetur sancta trinitas et indiuisa unitas .. Amen.' Subscribitur: 'Explicit Deo gracias Anno M°CCCC°XXXIX in die sancti yppoliti martiris.'

Idem tract. extat in codd. Cremif. 154 nr. 1, 196 nr. 2, 345 nr. 2. Auctor est *Nicolaus Dinkelspühel* et hic tract. efficit in edit. Argent. cit. tractatum I. 'De dilectione dei et proximi' (f. 1ᵃ—22ᵇ) et tract. II. 'De preceptis decalogi' (f. 22ᵇ – 49ᵃ). Codicibus 9 et 345, qui inter se accurate conveniunt, desunt ea, quae editio tract. II. cap. III. inde a f. 26ᵃ col. 1 lin. ult. —f. 26ᵇ col. 1 lin. 36 habet nec non ea, quae habet cap. V. f. 36ᵃ col. 1 l. 49—col. 2 l. 50; ceteroquin textus concordat, sed minus correctus est; divisio eadem est. In codd. 154 et 196, qui quidem has codd. 9 et 345 lacunas non exhibent, desideratur caput 'De gaudio ex charitate proueniente' in fine tractatus I. nec non tract. II. caput II. integrum; textus correctior est, quam codd. 9 et 345; in cod. 154 dividitur edit. tract. II. caput V. in duos serm. (XV et XVI), residua divisio congruit. Citant hoc opus rei litt. scriptores supra ad cod. 1 nr. 8 laudd. omnes excepto Ossingero; idem recenset Denis, I, col. 1774 Cod. CCCCL. (nunc cod. 4384 nr. 6 et 13), col. 2552 sq. Cod. DCLXXIII. (nunc cod. 4205 nr. 3 et 4), col. 2812 Cod. DCCLXVII. (nunc cod. 4256 nr. 2 et 3), col. 2819 sq. Cod. DCCLXIX. (nunc cod. 4889 nr. 5 et 6); multos codd. ms. commemorant: Kropff, p. 172 sq.; Czerny, p. 283 in ind.; Tabb. codd. III, p. 534 in ind.: duo tractatus de dilect. dei etc. et de praecept. decal. partim coniuncti partim seiuncti oc-

currunt. — Nr. 5 et 6 passim marginibus argumenta breviss. ascripta sunt.

Fol. 146^{b} lin. 8 exceptis vacat scriptura.

7, f. 147^{a}—f. 156^{b} 'Incipit *forma confitendi edita per Magistrum Nicolaum de dinkelspüchel Sacre Theologie professorem eximium confessuris per vtilis.*' (rubr.)

Incip.: 'Secundum Magistrum et doctores in quarto d.^{ne} 16 Tres sunt partes vere penitencie' etc. Sunt capita 7, quibus rubricae praecedunt. Desin.: 'aut aliis benefacientibus viuis et defunctis preces fundere neglexerit. Deo gracias Explicit Amen.' De hoc tract. et codice dixi cod. 1 nr. 8.

8, f. 156^{b}—f. 157^{b} *Versus memoriales argumenti theologici.*

Incip.: 'Hiis Decem versibus confessio panditur omnis
Mortalis . . spiritus do misericorsque
Sensus precipies aliena cum sacramentis.'

Secuntur: 'De Quinque sensibus' (vers. 2), 'Decem precepta' (v. 4; inc.: 'Vnum crede deum nec vana iura per ipsum' etc.), 'De Septem peccatis mortalibus' (v. 3), 'Remedia contra peccata mortalia' (vers. 2), 'Septem sacramenta ecclesie' (vers. 2; inc.: 'Ordo coniugium fons confirmacio panis' etc.), 'Sex opera misericordie corporalia' (v. 1), 'Sex opera misericordie spiritualia' (v. 1: 'Consule. castiga solare remitte fer ora'), 'Septem dona spiritus sancti' (vers. 1), 'Octo beatitudines' (v. 2), 'De Novem alienis peccatis' (vers. 2; inc.: 'Jussio consilium consensus palpo recursus' etc.), 'Peccata venialia' (v. 1), 'Septem peccata in spiritum sanctum' (vers. 3), 'Quinque peccata in celum clamancia' (v. 2), 'Casus episcopales' (vers. 6; inc.: 'Qui facit incestum deflorans aut homicida' etc.), 'Casus papales' (v. 2), 'Excusacio ad papam' (v. 3), 'Declaracio predictorum' (vers. 4), 'Circumstancie peccatorum' (vers. 2), 'Tres virtutes theoloycales' (vers. 1), 'Quatuor virtutes cardinales' (vers. 2), tandem 3 notae brevissimae. Tituli primo excepto litt. rubris scripti sunt. — Versus de 10 praecept., de 7 sacram. et de 9 alienis pecc. quoque extant in codd. Cremif. 43 f. 264^{b}, 411 f. 20^{b} sq., vers. de 7 sacram. in cod. Crem. 106 f. 49^{a} et vers. de 6 oper. spirit. in cod. Crem. 280 f. 348^{a}.

9, f. 157^{b}—f. 167^{a} 'Incipiunt *puncti religionis christiane collecti per Magistrum Thomam ybernicum Anno domini M°CCC° XVI.°*' (rubr.)

Incip.: 'Religio munda et in maculata apud deum Hec est visitare pupillos . . Jacobi I.° d. volens religionem aliquam intrare' etc. Dividitur in capita 5; tertium et IV. cum rubricis. Desin.: 'in quo debet esse maior discrecio Explicit.'

Idem tract. extat in codd. Cremif. 22 nr. 12 et 82 nr. 2, quorum posterior in fine habet epilogum linearum 13, qui in

codd. 9 et 22 deest; ceterum codices 9 et 22 textu ita consonant, ut hic ab illo descriptus esse videatur, sed cod. 82 passim textum minus correctum et parvas lacunas exhibet; divisione omnes concordant. Impressus est teste Hain, Rep. bibliogr. Vol. II, P. I, p. 42 Nr. 8544 'arte Stephani Arndes Lubicensis incole.. anno MCCCCXCVI.' s. l. 4.°, quae editio ad manus non est. Idem habetur in codd. Run. 5 nr. 10 et 60 nr. 4 (Weis, p. 7, 54); in priori idem epilogus legitur ac in nostro cod. 82; plures codd., qui in bibl. Dietrichstein. Nikolsburg. extant, commemorat B. Dudík in Archiv f. oest. Gesch. XXXIX, p. 473 sqq. et tractatum editum esse in Fasseau, Collectio Synod. ecclesiae Olomuc. P. II, p. 30—45 docet. Thomas ex Hibernia oriundus, unde Hibernicus s. de Hybernia dictus, a quibusdam perperam Palmeranus, Palmerstonus cognominatus, Doctor Sorbonicus, sed nec Franciscanis nec Dominicanis accensendus, in confiniis saec. XIII. et XIV. vixit. De eo eiusque operibus cfr. Quetif et Echard, T. I, p. 744 sqq.; Fabricium, T. VI, p. 254 sq.; Denis, II, col. 1056 sq. ad Cod. CCCCXLIII. (nunc cod. 1611 nr. 1), in quo aliud eiusdem opus, quod 'Manipulus florum' inscribitur, extat: Quetif et Fabricius librum de 3 punctis Christianae religionis commemorant, sed posterior ineditum putat.

10, f. 167[a]—171[b] 'Incipit *contemplacio Beati Bernhardi de passione domini ad dilectum discipulum.*' (rubr.)

Praefatio incip.: 'Sepcies in die laudem dixi tibi Rogasti me ut aliquem modum contemplandi in passione domini monstrarem tibi secundum septem horas diei' etc. Opus ipsum dividitur in capp. 7, quae titulis carent; incipit autem sic: 'Primo igitur a completorio est incipiendum' etc. Desin.: 'et sedebis ibi iuxta eum ad monumentum eius domini nostri Jhesu christi qui viuit.. Amen Eexplicit' (sic).

Idem tract. extat in codd. Cremif. 124 nr. 5, in quo praeter tit. modo allatum legitur alter tit.: 'Contemplacio b. Bernhardi de pass. domini secundum 7 horas canonicas' et 280 f. 317[b] sqq., in quo inscribitur: 'tract. b. Bernhardi de modo contemplacionis circa passionem domini per VII horas diei' etc., neque raro in codd. ms. sub nomine S. Bernardi occurrit, ex. gr. in Bibl. Pal. Vindob. cod. 4533 nr. 13, de quo Denis, I, Cod. DCCCCLXII. col. 3212, et aliis codd. ibid. (cfr. Tabb. codd. III, p. 480, VII, p. 300 in ind.), in codice Laurent. (cfr. Bandini, T. I, col. 161 §. XXIX.); sed hic tract. tribuitur etiam Henrico de Hassia (cfr. Pez, Thes. Anecd. Dissert. Isag. T. I, p. LXXVIII nr. 30.) et S. Bonaventurae (cfr. Fidelem a Fanna, Ratio novae collect. operum.. S. Bonavent., Taurini 1874, p. 271). Quicunque auctor fuit, non est saeculi XV., ut Denis putat, sed saltem saec.

XIV., id quod ex codd. nostris 124 et 280 saec. XIV. scriptis liquet. Non repperi opusculum editum inter opera S. Bernardi, sed extat inter opp. S. Bedae (Colon. Agr., 1688.) T. VIII, col. 955—961 tit.: 'Ven. Bedae presb. de meditatione Passionis Christi per 7 diei horas libellus.' Codices nostri omnes exhibent textum passim longiorem, quam editio et varias lect. multas, quarum nonnullae lectionibus edit. praeferendae sunt, sed inter se in textu atque codd. 9 et 124 etiam in verbis exceptis paucis congruunt; codd. 9 et 280 divisione conveniunt cum edit., sed in cod. 124 dividitur edit. praefatio in capp. 4 et opus ipsum in capp. 19, quibus rubricae praecedunt.

Fol. 171^{b} pars inferior vacat.

11, f. 172^{a}—f. 187^{b} '*Tractatus Magistri Johannis Gerson de decem preptis* (sic; leg. '*preceptis*') *de confessione de sciencia mortis.*' Hic tit. legitur in indice tegumenti anterioris.

Incip.: 'Christianitati suus qualiscunque zelator.. Salubre duxi sequens opusculum tripticum' etc. Desin.: 'Sicut in domo dei parysius laudabiliter obseruatur Explicit.'

Idem tract. habetur eod. tit. in codd. Cremif. 182 nr. 11, 256 f. 239^{a} sqq., 268 nr. 15, plerumque vero 'Opusculum tripartitum' intitulatur. Iam saec. XV. (cfr. Hain, Nr. 7651—7654) et postea saepe typis editus est legiturque inter Gersonii opera, edit. Dupin (Antwerp., 1706.) T. I, col. 427—450. Codices nostri omnes textu, si varias lect. minoris momenti excipias, cum edit. consonant, deest tamen in omnibus 'Epistola ad quemdam Episcopum' ibidem praefixa; calami menda haud pauca. Codices 9 et 268 in divisione inter se consentiunt, sed edit. praefatio dividitur in capita 2, III. partis I. et III. particula in capp. quaterna, IV. partic. in capp. 10; codex 182 maximam partem cum codd. 9 et 268 concordat; in cod. 256 non seiungitur III. partis I. particula; in omnibus codd. caput inscriptum: 'circa peccatum superbie' II. partis incipit a verbis: 'Confessurus ergo' etc., quae in edit. habentur in fine capitis praeced.; reliqua divisio eadem est. De auctore dixi cod. 4 nr. 65.

12, f. 187^{b}—f. 188^{b} '*De modo confessionis et absolutionis sacramentalis*' (rubr.)

Inscriptio: 'Responsio magistri *Johannis Gerson.* cancellarii parisiensis / super questione sibi facta de statuto ordinis cartusien. / quo dicitur. quod nullus absoluat a mortali certo / sed confitentem remittat ad priorem suum.'

Incip.: 'Confessio sacramentalis fundatur in solo iure divino et ewangelico' etc. Desin.: 'que sacramentaliter et expresse sunt confessa.' Habetur in edit. modo laud. T. II, col. 460 sq.,

sed deest et in cod. 9 et in codd. 182 nr. 12, 268 nr. 16, in quibus idem tract. extat, ultimum edit. caput: 'Item ad quaestionem sibi factam' etc.

13, f. 188b—f. 190b *'Magistralis et breuis distinctio eiusdem magistri de modis excommunicacionum et irregularitatum et absolucionis ab eisdem'* (rubr.)

Inc.: 'Excommunicacionum tot sunt genera quod communicacionum' etc. Des.: 'simplex eciam fiat penitencie iniunccio Explicit.' Idem tract. in codd. 182 nr. 13 et 268 nr. 17: omnes cum edit. Dupin T. II, col. 403—405 conveniunt.

14, f. 190b—f. 192b *'Modi iniungendi penitentiam multum utiles contra recidiuum traditi per preuatum* (leg. *'prefatum') doctorem'* (rubr.)

Inc.: 'Habet hoc proprium quelibet ars' etc. Des.: 'Tempus locus modus numerus mora sciencia etas Explicit.' Idem tract. extat eod. tit. in codd. 182 nr. 14 et 268 nr. 18, plerumque vero 'tractatus de remediis contra recidiva s. recidivum peccandi' inscribitur. Editiones 4 saec. XV. (praemisso tract., quem sub nr. 15 recensui) enumerat Hain, Nr. 7659—7662; in edit. Dupin legitur T. II, col. 457—459. In fine nostris codd. adiecta est sine ullo intervallo illa particula de circumstantiis in confessione inquirendis: 'Preterea ille circumstancie que habentur per hunc versum' etc., quae in impressis tractatui praecedit; residuus textus consentit, sed calami menda non desunt. Eand. in fine particulam ac in nostris codd. commemorat Denis, Vol. I. col. 227 ad Cod. XC. (nunc cod. 4409 nr. 14).

15, f. 192b—f. 196a *'Consideraciones XXti quinque eiusdem doctoris de confessionibus audiendis'* (rubr.)

Inc.: 'Et si virtus quō (sic; leg. 'quam') asuefaccio gignit' etc. Des.: 'legendo erudietur atque proficiet Explicit die Innocentum (sic) hora quasi 2a.' Habetur eod. tit. in codd. 182 nr. 15 et 268 nr. 19, alias 'tractatus de arte audiendi confessiones' inscribi solet; in edit. Dupin extat II, col. 446—453. Codd. nostri in textu, si varias lect. minoris momenti non respicias, congruunt, sed calami menda haud pauca; divisio eadem est, sed in codd. capita litt. rubris in ipso textu positis distribuuntur. Alios codd. ms. nr. 11, 12, 14, 15 habes in bibl. Pal. Vindob. (Tabb. codd. III, p. 500 in ind.), nr. 11—13 in bibl. Florian. (Czerny, p. 274 in ind.).

Fol. 196a lin. 11 exceptis vacat scriptura.

16, f. 196b—f. 208b *Admonitiones ad spiritualem vitam utiles De imitatione christi.* Hic tit. legitur post indicem.

Praemissus est index capp. 25 hac rubrica: 'Incipiunt capitula sequentis libri capitulum primum De imitacione christi

et contemptu omnium vanitatum mundi.' Secuntur hae rubricae: 'Incipiunt ammoniciones ad spiritualem vitam vtiles De imitacione christi' et: 'De imitacione christi et contemptu omnium vanitatum mundi Capitulum primum.' Incip.: 'Qui sequitur me non ambulat in tenebris' etc. Capit. XXV 'De feruenti emendacione tocius vite' desin.: 'Tantum prouicies (leg. 'proficies') quantum tibi ipsi vim intuleris. Explicit tractatulus vtilis valde perlegenti.' Est operis, quod vulgo 'De imitatione Christi libri IV.' intitulatur, liber I. Idem liber I. extat in codicibus Cremif. 22 nr. 14, 95 nr. 11, 191 nr. 7, 268 nr. 11, 384 nr. 4, 402 nr. 2, 411 f. 89[a] sqq., praeterea in codice 95 nr. 7 separatim libri I. caput 25: omnes codd. nostri anonymi sunt. Innumerabilis fere est numerus editionum, quarum princeps Augustae Vind. circa a. 1470. prodiit; usque ad initium saec. XVII. permultae nomen Thomae Kempensis, complures nomen Gersonii aut aliorum auctorum prae se ferunt. Anno vero 1604. controversia de auctore exarsit et adhuc sub iudice lis est. Longum est, totam controversiae historiam exponere; quo loco res nunc sit, paucis dicam. Tres auctores praecipue in controversiam vocati sunt: Johannes Gerson, celeberrimus ille cancellarius Parisiensis, de quo iam dixi ad cod. 4 nr. 65; Thomas Hamerken (Hemerken, Malleolus), qui ab oppido natali Thomas a Kempis nominari solet, Canonicus regularis Ord. S. Aug. in monte S. Agnetis prope oppidum Zwollis, natus a. 1378. vel 1380, mortuus 1471; Giovanni Gersen, quem de Canabaco (nunc Cavaglia) territorii Vercellensis ortum, abbatem monasterii S. Stephani Ord. S. Benedicti Vercellis fuisse et saec. XIII. vixisse dicunt. Gersonii partes, si nonnullos nationis Gallicanae excipias, nunc viri docti fere omnes reliquerunt, sed inter Thomam a Kempis et Joh. Gersen controversia manet atque his temporibus denuo exarsit. Thomae auctoritatem prae primis defendit Karl Hirsche in libro: 'Prolegomena zu einer neuen Ausgabe der Imitat. Christi nach dem Autograph des Thomas von Kempen' etc., Berlin, 1873, 8°; pro Gersen nuperrime pugnavit Dr. Coelestin Wolfsgruber in libro: 'Giov. Gersen sein Leben u. sein Werk de imit. Christi', Augsburg, 1880, Huttler, 8.° max. Equidem censeo, rem perdifficilem nisi ex codicibus diiudicari non posse. Quodsi quis ira et studio vacuus codicum ut decet rationem habuerit, facile sibi persuadebit, codices favere auctori Gersen. Ceterum fateor, ea quae de Gerseni vita viri docti adhuc scripserunt, satis dubia et obscura esse. Codd. nostros cum editione principe modo laud. (Hain, Nr. 8589 f. 111[a]—f. 186[a]), quae inscribitur: 'Incipit liber consolatorius ad instructionem deuotorum' etc. et in fine libri IV.: 'Viri egregii Thome montis s. Agnetis in Traiecto reg. can. libri de christi imitatione

numero quatuor finiunt feliciter. per Ginthe'um zainer ex reutlingen progenitum literis impressi ahenis', atque cum editione Caroli Hirsche (Berolini, 1874, 8.°) contuli. Omnes codices, excepto cod. 411, textu cum editt. concordant; codex 411 circa finem cap. 25 inter verba: 'ammone te ipsum' et: 'Et ergo karissime quidquid' etc. insertam habet particulam linear. 24, quae in reliquis codd. et editt. cit. deest. Variae lect. haud paucae, sed minoris momenti sunt; in nonnullis lect. omnes codd. conveniunt; codices 9 et 268 lectionibus fere ubique inter se consonant, sed textum minus correctum exhibent; codd. 384 et 411 lectiones saepe, sed non ubique, concinunt; calami menda non desunt. Divisio capitum, quibus rubricae praecedunt, eadem est. De codicibus ms. cfr. Wolfsgruber, op. laud. p. 209 sqq., ubi p. 232—234 habetur codd. nostrorum descriptio a me auctori tradita, sed parum feliciter expressa.

17, f. 209ª—f. 229ª 'Incipit *alphabetarium diuini amoris*' (rubr.)

Proëmium incip.: 'Ad honorem omnipotentis dei / aliquos modos et vias pro eleuacione mentis in deum / propono conscribere' etc. et desin.: 'ad eleuacionem mentis in deum et hec de prohemio.' 'Sequitur Registrum', quod capp. 16 exhibet. Cap. I. 'via inchoatiua' incip.: 'A Timore seruili procedit filialis' etc Desinit in haec: 'ille sit adiutor tuus protector director et finis Et quia prius scriptum quasi per singula capitula secundum ordinem alfabeti clausulas suas ponit ut facilius retineri possint in memoria Et hic est liber de amore dei / ideo placuit ut vocetur alfabetarium diuini amoris Qui hec legerit pro ordine Carthusiensium ex quorum fonte hec procedunt Item et exoret pro omni ordine et statu sancte matris vniuersalis ecclesie katholice christum dominum qui pro institucione Carthusiensium in solitudine degencium / et pro dono huius libelli sit nunc et semper et in secula benedictus Amen.' Idem tract. et ipse anonymus extat in codicibus Cremif. 111 nr. 11 et 268 nr. 10. Diversis auctoribus in editionibus falso tribuitur: saepius prodiit iam saec. XV. sub nomine Gersonii (cfr. Hain, Nr. 7631—7637) et habetur inter eius opera, edit. Dupin T. III, col. 769—800, ubi tamen recte adnotatum est: 'Hoc opus non est Gersonii' etc. (cfr. Hirsche, Prolegomena p. 303); in nostra bibliotheca asservatur editio in 4°, in cuius fine legitur: 'Explicit Alphabetum diuini Amoris .. Uenerabilis .. Thome prepositi Canonicorum regularium in Kotzen ord. s. Augustini.' [i. e. Thomae a Kempis] 'Impressus .. Memming. per Albertum Kunne de Duderstat Anno d. 1489.' (non repperi apud Hain); Nidero vindicatur a quodam Cisterciensi monacho in edit. Paris., Nicolai de la Barre, 1516, 8.°

(cfr. Quetif et Echard, Scriptt. Ord. Praed. I, p. 793 nr. 10). Auctor genuinus est *Nicolaus Kemph de Argentina,* Carthusianus Gemnicensis in Austria (vide Pez, Thes. Anecd. Dissert. Isag. T. I, p. VII). Nicolaus Kempf, Argentinae circa a. 1397. natus, Magister Viennensis, a. 1440. Ordini Carthusianorum in monast. Gemnicensi nomen dedit, ibid. a. 1451—1458, deinde in aliis Carthusiis Prior, obiit a. 1497. De eo eiusque operibus vide: Pez, Biblioth. ascet. praefat. T. IV, nr. V. et T. XI, nr. V. sqq.; Fabricium, V, p. 103 sq.; Joecher, II, col. 2063, qui in his: 'Prior der Carthause zu Schemnitz in Ungarn' erravit; Zeissberg, 'Zur Gesch. d. Karthause Gaming' (Archiv f. oest. Gesch. LX, p. 566, 582). Codicum nostrorum textus magis ad editionem Memming. laud., quam ad edit. Dupin accedit, sed passim paullo longior est, ex. gr. in cap. 10 et in fine cap. 13; praeterea in editt. deest ultima codd. particula inde a verbis: 'Et quia prius (in cod. 111 'presens') scriptum' etc., quibus auctorem fuisse Carthusianum confirmatur. Codd. lectio saepe discedit ab editt., sed codd. 9 et 268 fere ad verbum inter se consentiunt et cod. 111 textum minus correctum exhibet; calami menda haud pauca; capp. divisio congruit. De aliis codd. ms. cfr. Czerny, p. 47 ad cod. Florian. 104 nr. 3 et Tabb. codd. III, p. 605, I, p. 415 in ind.

18, f. 229[a]—f. 230[b] *Notata aliquot theologica.*

Sunt notata haec: 'Septem virtutes principales', 'Septem peccata mortalia', 'Septem opera misericordie ad corpus pertinencia', 'Septem peticiones contente in oracione dominica', 'Duodecim articuli fidei', 'Duo principalia mandata legis', 'Decem mandd. legis', 'Quatuor consilia' etc., 'Septem dotes corp. glorificati', 'Quatuor beatitud. iustorum' in modum tabularum scripta.

19, f. 231[a]—f. 234[a] (alia manu) *'Sermo beati augustini episcopi de vanitate seculi.'* (rubr.)

Inc.: 'In hac vita positi fratres itaque agite' etc. Des.: 'ut semper magnificetur deus. qui vult pacem serui eius Amen.' Idem sermo (s. tractatus) habetur sub nomine Augustini in codicibus Cremif. 95 nr. 3, 157 nr. 5, 177 nr. 7, 268 nr. 12. Inter opera spuria S. Augustini referendus est et extat inter eius opp., Edit. Maurina T. VI. (Paris., 1685.) Append. col. 292, ubi tamen initium et finis tantum leguntur, reliqua petenda sunt ex Eligii Noviomensis tractatu de rectitudine cathol. conversationis partic. 21—23, ibid. col. 274—276. Codd. nostri, excepto cod. 95, non spectatis lect. variis multis in textu concordant cum edit.; cod. 95 textus uno loco longior est: desunt enim et in edit. et in ceteris codd. ea, quae

cod. 95 fol. 102[a] lin. 9 (a verbis: 'ibi erit ille iustissimus iudex' etc.) — f. 102[b] lin. 22 (ad verba: 'qualis tunc erit quando') habet; ceterum codd. lectio inter se paullum differt; calami menda non desunt. Alios codd. ms. habes in bibl. Pal. Vind. (Tabb. codd. III, p. 474, II, p. 325, VII, p. 298 in ind.).

20, f. 234[a]—f. 242[b] 'Incipit *tractatus de proprietate religiosorum editus per magistrum henricum de hassia doctore* (sic) *sacre theologye eximij in wienna regentem*' (rubr.)

Inc.: 'In nomine domini Amen Pro salute eorum qui vicia fugere cupiunt.' etc. Des.: 'quantum ei opus est in christo domino nostro Amen Explicit tractatus magistri *henrici de hassia.*' Idem tract. extat eod. tit. in codd. Cremif. 177 nr. 6 et 268 nr. 8; codices 9 et 177 etiam lectione conveniunt, cod. 268 raro discedit. De hoc tract., quem non editum esse puto, vide: Pez, Thes. Anecd. Diss. Isag. T. I, p. LXXVI, nr. 1; Denis, I, col. 228, Cod. XC. (nunc cod. 4409 nr. 17); Aschbach, Gesch. d. W. Univ. (I.) p. 396. Alii codd. ms. in bibl. Pal. Vind. (Tabb. codd. III, p. 505 in ind.), Sangall. codd. 780, 937 (Hdschr.-Cat p. 259, 352), Laurent. (Bandini, I, col. 572 §. XXXVIII.), Florian. cod. 147 nr. 9 (Czerny, p. 69). Ab hoc vero differunt duo eiusdem auctoris tractatus contra proprietatem religiosorum, quorum alter incip.: 'Regularium sive claustralium sacra religio' etc. et extat in cod. Florian. 82 nr. 4 (Czerny, p. 35), alter: 'Ecce nos reliquimus omnia.. Novistis fratres dilectissimi' etc. et habetur in cod. Cremif. 99 nr. 6. De auctore dixi cod. 8 nr. 20.

21, f. 242[b]—f. 245[b] '*Meditacio de propria morte excerpta ex orologio sapiencie*', '*Meditacio de extremo iudicio excerpta ex orologio sapiencie*', '*Meditacio de penis infernalibus excerpta ex orologio sapiencie*' (rubr.)

Prima incip.: 'Meditare igitur o homo de morte et ab oculis tuis nunquam recedat' etc; II. inc.: 'Deinde oculum mentalem verte ad extremum iudicium' etc; III. inc.: 'Deinde verte oculum mentalem ad regionem dampnatorum' etc. et des.: 'fides uel timor qui est eius effectus Deo gracias.' Eaedem meditt. habentur in codicibus Cremif. 177 nr. 8 et 268 nr. 13. qui cum cod. 9 textu ita consonant, ut ab eo descripti esse videantur. Illud horologium sap., quod legitur in tit. supra allatis, fortasse intelligendum est horologium sap. ab Henrico Susone compositum, quod ex. gr. extat in cod. Cremif. 171 nr. 5, sed has meditt. ibid. non repperi. P. Henricus Denifle, operum Susonis existimator doctissimus, qui nostros codd. (Sept., a. 1880.) inspexit, has meditt. non ex Susonis horologio desumptas esse putat. — Fol. 245[b] pars inferior et fol. 246—251 integra scriptura vacant.

22, f. 252ª—f. 267ª (ead. manu, qua nr. 5—18) *'Epistola hugberti ad omnes religiosos in caritate scripta.'*

Praemissa sunt operis capitula, numero 53 (rectius 52). Sequitur haec rubrica: 'Epistola *Hugberti* ad omnes religiosos capitulum primum.' Incip.: 'Filiis gracie et coheredibus glorie fratribus carissimis religiosis vniuersis / vitam ducere' etc. Numerantur capp. LIII, quibus rubricae praecedunt, sed capitulum XVIII. hic appellatur cap. XIX. atque sequentia capp. similiter uno numero aucta sunt. 'Exortacio finalis' desin.: 'finis omnium sine fine et finis non habet finem qui viuit et regnat.. Amen Explicit.' Ead. epist. habetur in cod. Cremif. 268 nr. 6 eod. tit. et in cod. Crem. 95 nr. 6, in quo inscribitur: 'Epist. Humberti de tribus essencialibus religionis' etc., quo quidem tit. inscribi solet; edita est in Biblioth. max. Lugd. T. XXV, pag. 653—664. Codicis 9 textus passim paullum differt, ex. gr. in cap. XXI. (in codice falso 'XXII') med., cap. XXVIII. fine, c. XLIX. circa init., c. L. circa finem; in cap. XIII. fine leguntur verba: 'A memoria — obseruancias omnes perdet' et in c. XIX. fine: 'Sit itaque — delectabilis apoteca', quae in edit. habentur in fine capp., quae secuntur, id est XIV. et XXIII; ceterum textus congruit, sed variae lect. multae, quarum nonnullae lectionibus edit. praeferendae sunt. Divisio capitum quater ab edit. discrepat; nam edit. capita XV—XVII, XXI. et XXII, XLVII. et XLVIII, LIV. et LV. in unum contracta sunt. — Codex 268 textu et divisione convenit cum cod. 9, a quo descriptus esse videtur; calami menda non desunt. — Codex 95 in textu et divisione multum ab edit. discedit: dividitur in capp. 52, quorum capita 33 priora efficiunt edit. capp. I—XXXV. (edit. capp. XVI. et XVII, XXI. et XXII. in unum conflata sunt); sed inde a cap. 34 textus misere corruptus est: nam cap. 34 post verba: 'Hec eciam sunt signa humilitatis', quae respondent initio cap. XXXVI. edit., continet c. XL. exceptis verbis 10 prioribus; cap. 35 est ed. c. XLI; cap. 36 continet ed. cap. XLII. partem I. et c. XXXVI. demptis verbis 3 prioribus; capp. 37—39 sunt ed. c. XXXVII—XXXIX; cap. 40 constat verbis 10 prioribus cap. XL. et c. XLIII. parte II; cap. 41 est ed. XLIV; cap. 42 continet ed. c. XLV. partem I. et reliquam c. XLII. part., cap. 43 denique ed. cap. XLIII. partem I. et residuam c. XLV. partem; capita 44—52 constituunt edit. capita XLVI, XLVII et XLVIII. in unum contracta, XLIX, LI—LIII, LIV. et LV. in unum conflata, LVI, LVII; caput L. editionis deest; ceterum textus, praecipue cum codd. 9 et 268, consentit, sed passim minus correctus est atque permultas lect. varias exhibet. De aliis codd. ms. cfr. Tabb. codd. III, p. 513, I, p. 345 in ind.; Czerny,

p. 80 (cod. Florian. 163 nr. 13); St. Galler Hdschr.-Cat. p. 344 sq. ad cod. 918, in quo tamen epistola Jordano Ord. Praed. tribuitur. Hubertus s. Humbertus de Romanis, alias Umbertus, Imbertus, Ord. Praedicat., ab a. 1254. generalis magister, obiit a. 1277. De eo eiusque operibus vide: Quetif et Echard, I, p. 141 sqq.; Fabricium, III, p. 285 sq.; Possevinum, I, p. 773 sqq., II, p. 543 sq.; Oudinum, III, col. 251 sqq., qui omnes nostrae epist. mentionem iniciunt; varias editt. enumerant Quetif et Echard l. l. p. 147 nr. 12.

23, f. 267[a]—f. 269[a] *'Questio de temptacione.'* Hic tit. legitur in indice tegumenti anterioris.

Inc.: 'Solet queri a nonnullis / quare hoc sit quod homines spirituales' etc. Des.: 'patet ex dictis intuenti Et sic est finis huius questionis.' Eand. quaest. habes in cod. Cremif. 268 nr. 7, eandem recenset cum brevi summario Denis, I, col. 229, Cod. XC. (nunc cod. 4409 nr. 18).

24, f. 269[a]—f. 287[b] *Soliloquium beati Augustini.*

Praemissa rubrica: 'Incipit Soliloquiorum *Beati augustini* episcopi Capitulum primum' initium est hoc: 'Cognoscam te domine cognitorem meum cognoscam te virtus anime mee' etc. Dividitur in capp. XXXVII. rubricis instructa, quarum dimidia pars in marg. legitur. Finis: 'Omnis potencia omnis magnificencia omnis beatitudo omnis clemencia sit deo patri et filio et spiritui sancto Amen.' Idem opus extat sub nomine Augustini in cod. Cremif. 96 nr. 1, sed recte censet Denis, I, col. 2170, Cod. DLXXII. (nunc cod. 3947 nr. 13): 'non est Augustini, sed ex eius, Hugonis Victorini et aliorum sententiis compilatum, unde et Mauriani editores illud in Appendicem T. VI. Paris. 1685. ad col. 85. rejecere' (cfr. Admonitionem editioni laud. praefixam); inscribitur vero in illa edit.: 'Soliloquiorum animae ad Deum, Liber unus.' Codd. nostri 9 et 96 in textu cum edit. concordant, sed in lectione saepe ab ea discordant neque inter se conveniunt, sed cod. 96 passim textum magis correctum exhibet; calami menda haud pauca. Capp. divisio, quam editio in marg. habet, passim a codd. discedit: nam cod. 9 capp. III. et XXXI. initia paullum differunt, cap. III. respondet edit. capp. III. et IV. in unum contractis, capp. XVII. et XVIII. in unum conflata efficiunt ed. c. XVIII, capp. XXIV—XXVI. sunt ed. XXVI, XXIV, XXV; cod. 96 (in capp. 35 dividitur) cap. 28 initium non multum differt ab edit., cap. 31 respondet ed. capp. XXXI —XXXIII. in unum contractis (edit. et cod. 9 initia capp. XXVIII, XXXII, XXXIII. congruunt), capp. 24—26 ordo idem est ac in edit., sed capp. 3, 17, 18 et initia capp. 3 et 31 consonant cum codice 9; reliqua capp. divisio et ordo

consentiunt. Alii codd. ms. in bibl. Pal. Vind. (Tabb. codd. III, p. 474, I, p. 320 in ind.), Laurent. (Bandini, T. V, col. 521 lin. 13 sqq. in ind.), Florian. cod. 113 nr. 6 (Czerny, p. 53), Run. cod. 157 nr. 2 (Weis, p. 95). A praesenti tractatu bene distingendum est genuinum S. Augustini opus 'soliloquia s. soliloquiorum libri II' inscriptum (incip.: 'Volventi mihi multa' etc.), quod ex. gr. habetur in cod. Vind. 1010 nr. 5, de quo Denis, I, Cod. CXCIII, col. 587 sq., et legitur in edit. Maurina T. I, col. 355 sqq.

25, f. 287^{b}—f. 295^{a} 'Incipit *tractatulus fratris dauid de institucione nouiciorum*' (rubr.)

Incip.: 'Primo semper debes considerare ad quid veneris in religionem propter quid venisti' etc. Dividitur in capp. 37 non numerata, quibus rubricae praecedunt; rubrica cap. 8 in marg. dext. legitur. 'Epilogus' desin.: 'compaciaris afflictis castus esto in omnibus Amen.' Idem tract. extat in codd. Cremif. 95 nr. 5 et 270 f. 176^{b} sqq., in quibus inscribitur: 'Opusculum fr. dauid ad iuuenem De exteriori homine' et: 'Summa Nouitiorum', in cod. Crem. 177 nr. 4 tit.: 'Opusculum fr. dauid Ad Iuuenem de exterioris hominis composicione', quibus titulis inscribi solet; in cod. nostro 56 f. 70^{a} sqq. intitulatur: 'tractatus fr. dauid De exercicio religiosorum.' In aliis etiam codd. opus nomen fratris David exhibet, ex. gr. codice Vindob. 4766 nr. 6 (cfr. Denis, I, Cod. DCXIX, col. 2368 sq.), in quo inscribitur: 'formula nouiciorum Dauid de exteriori homine', duobus codd. monasterii (nunc sublati) Ss. Udalr. et Afr. Aug. (Braun, Notit. Codd. Ms. V, p. 89, 95), codd. Florian. 79 nr. 5 et 164 nr. 1 (Czerny, p. 33, 80). In aliis codicibus et quidem haud paucis tractatus sub nomine Bonaventurae occurrit (cfr. Bonelli, Prodromus ad opera omnia S. Bonaventurae, 1767, 2°, Lib. VII, col. 410, 421, 434, 436, 444, 449, 458, 464, 466, 468 sq., 486), in quibus haud raro cum aliis tractatt. unum opus efficit, quod Liber s. tractatus 'de triplici Religiosorum statu, scil. Incipientium, Proficientium et Perfectorum' inscribitur et in tres partes s. libros dividitur: 'primus est de forma Novitiorum, secundus de reformatione (informatione) mentis, tertius de profectu religiosorum (religionis)'; primus liber dividitur in duas partes, quarum prior incip.: 'Primo semper debes considerare' etc. et altera: 'Si vis in spiritu proficere' etc., II. liber incip.: 'In priori formula Novitiorum' etc., III. liber inc.: 'Profectus religiosorum (religionis) septem processibus distinguitur' etc.; operi praefixus est prologus, hoc init.: 'Forma Novitiorum' etc. Utraque libri primi pars concordat cum parte I. et II. opusculi inscripti: 'De institutione Nouitiorum', quae leguntur inter

Bonaventurae opera (Mogunt., 1609.) T. VII, p. 613 sqq., p. 619 sqq., liber II., si prologum (incip.: 'Collationes meas' etc.) excipias, convenit cum libro primo opusculi inscripti: 'De profectu religiosorum' et liber III. cum libro II. eiusdem opusculi, in edit. laud. VII, p. 558 sqq., p. 574 sqq. Prima libri I. pars respondet opusculo fr. David de exter. hominis compositione, quod extat in hoc cod. 9 nr. 25 (vide supra), sed in codd., qui nomen fratris David ferunt, plerumque praemittitur prologus (inc.: 'Desiderasti a me charissime' etc.) ad fratrem Bertholdum directus, qui tamen in codicibus nostris 9 et 177 deest; secunda libri primi pars in codd. nostris 95 nr. 2, 177 nr. 3, 384 nr. 3 et alibi inscribitur: 'Passus de virtute bonorum religiosorum thome de aquino'; liber II. idem est ac 'Opusculum fr. dauit de inter. hominis mentis reformacione', quod ex. gr. habetur in codice nostro 177 nr. 5 praemisso prologo, qui incip.: 'Collaciones meas' etc.; liber III. in cod. nostro 177 nr. 2 inscribitur: 'liber de profectu religiosorum fr. dauid minor.'; ceterum iidem tract., si nomen fratris David exhibent, passim eodem modo, quem supra demonstravi, unum opus efficiunt (cfr. Bonelli, Prodrom. col. 430, 447). Bonelli quidem in Prodr. col. 612 sqq. tria opuscula (inc.: 'Si vis' etc., 'Primo semper' etc., 'In priori formula' etc.) inter opera, quae verisimiliter sunt Bonaventurae, et ibid. col. 702 sq. opusculum de profectu Relig. inter opera spuria Bonavent. coniecit (cfr. Fidelem a Fanna, Ratio p. 36 nr. 86, 84, 85); sed, cum contra fidem codicum a Bonelli laudd., qui omnes sunt Italici, pugnent tot codd. Germanici nomine David inscripti, immo etiam nonnulli Italici (Bonelli, col. 447, 430) nomen fr. David exhibeant, equidem putaverim, auctorem tractatuum esse fratrem David i. e. David de Augusta Ordinis Min., sed, quod tractatum (inc.: 'Si vis' etc.) attinet, me praeter duos codd. a Bonelli l. l. allatos adhuc nullum codicem ms. nomen David ferentem repperisse confiteor. Cfr. quoque Denis, II, col. 890 sqq. Cod. CCCXCIII. (nunc cod. 4241 nr. 7—10). — David Augustae Vindel. in Germania natus, Ord. Min. concionator clarissimus, mortuus est a. 1272. De eo eiusque operibus vide: Waddingum, Annales Minorum, ad a. 1272, Edit. II, T. IV. (Romae, 1732.) p. 358 sq. nr. XV. [et eund., De scriptt. Ord. Min. p. 79, 99]; Possevinum, I, p. 417; Oudinum, III, col. 447 sq.; Fabricium, II, p. 15; Jöcher, II, col. 45 sq.; Joh. Schmidt, 'Ueber Berthold von Regensburg' (II. Programm d. Real-Obergymn. Landstrasse, Wien, 1871.). Sub Davidis de Aug. nomine tres tractatus (inc.: 'Primo semper' etc., 'In priori formula' etc., 'Profectus' etc.) coniuncti primum prodierunt teste Denis (l. l. col. 891) 'Augustae ad Insigne Pinus 1596. 12', teste Bonelli (col. 353, 614) 'Augustae Vind. apud Jo. Prae-

torium 1597. (Possevin.: 'ap. Jo. Praetorem an. 1593.') in 12', unde in Bibl. max. PP. Colon. T. XIII. et Lugdun. T. XXV. transierunt, in qua prior tract. habetur p. 869—880 tit.: 'Formula novitiorum..Et primo de exter. hominis reformatione', divisus in capp. XLI. Legitur quoque inter Bonavent. opera VII, p. 613—619 inscriptus: 'De institutione Nouitiorum, Pars I', ut supra dixi, et inter opp. spuria Bernardi, edit. ult. Mabillon. (Paris., 1719.) Vol. II, col. 826—833 tit.: 'Opusc. in haec verba, ad quid venisti?', capp. XXIV constans, in quibus editt. prologus deest. Cod. nostro 9 et edit. Bibl. max. Lugd. collatis didici, codicem textu eiusque divisione et ordine multum ab editione discedere: praeter prologum enim deest caput III. et edit. capita hoc ordine procedunt: I, II, IV—VI, VIII, IX, XII, VII, XIII, XIV, X, XI, XV—XLI; praeterea cod. capita 5 et 6 in unum conflata efficiunt edit. c. VI. demptis lin. 13 ultimis, caput 10 continet ed. c. VII. partem I. maiorem, caput 11 est reliqua c. VII. pars (exceptis lin. 3 ultimis) et c. XIII, caput 12 constat ed. c. XIV. lin. 6 prioribus et c. X, caput 26 respondet ed. c. XXX. et parti I. c. XXXI, caput 27 est residua XXXI. pars: ceterum cod. capita 16, 19—21, 23, 24, 25 non multum ab edit. capp. XVII, XX—XXII, XXIV—XXVII. in unum contractis, XXVIII, XXIX. differunt, sed passim, praecipue in capp. fine, textum breviorem exhibent; multo breviora vero sunt codd. capp. 2, 3, 8, 14, 15, 22, 33, quam ed. capp. II, IV, IX, XV, XVI, XXIII, XXXVII ita, ut ex. gr. caput 2 ex c. II. lin. 22 prioribus, caput 3 ex c. IV. lin. 25 prioribus et lin. 5 ultimis, caput 14 ex c. XV. lin. 9 prioribus, cap. 15 ex c. XVI. lin. 10 prioribus constet; sola codicis capita 1, 4, 7, 9, 13, 17, 18, 28—32, 34—37 congruunt cum ed. capp. I, V, VIII, XII, XI, XVIII, XIX, XXXII—XXXVI, XXXVIII—XLI. Variae lectiones permultae, rubricae haud raro variant. At cum editione operum Bonavent. cit. codicis textus, si varias lect. multas non respicias, consonat; divisio capp. passim differt (cfr. infra tabulam). Editio operum Bernardi textu (varias lect. non respicio) ab edit. Bonavent. non multum discedit, sed desinit verbis: 'nasci et mori dignatus est', quae in Bonavent. cap. XXXII. (cod. 9 cap. 28) med. leguntur; divisio capp. inde a cap. VIII. maximam partem discrepat. — In cod. 56 praemissus est prologus (inc.: 'Ad exercicium humilitatis' etc.), qui discordat a Bibl. PP. p. 869, in fine tantum (a verbis: 'Alciora autem' etc.) concinit (idem init. etiam in cod. Florian. 164 legitur). Textus cum cod. 9 consentit, sed correctior est; divisio capp. differt: nam caput 3 est cod. 9 cap. 3 dempta particula: 'Hiis de obediencia premissis' etc., quibus

verbis caput 4 incipit, caput 4 praeter hanc partic. continet cod. 9 capp. 4—7, caput 5 est cod. 9 capp. 8 et 9 in unum contracta, caput 6, quod est cod. ultimum, continet cod. 9 c. 10 et initium c. 11; leguntur autem postrema codicis 56 verba ('uiciis alimenta ministrat') in Biblioth. PP. circa finem c. VII, in edit. Bonavent. c. IX. med. — In cod. 95 praemittitur prologus (inc.: 'Desiderasti a me' etc.), qui habetur in Bibl. PP. p. 869 (deest ergo in codice nomen fratris Bertholdi); in fine capitum 16, 21, 22, 27 particulae quaedam adiectae sunt: cap. 16 'Unde argumentum est' etc., cap. 21 'Bernhardus Disciplina' etc., cap. 22 'Item Bernhardus' etc., cap. 27 'Jeronimus Semper' etc., quae particulae nec in cod. 9 nec in edit. Bonavent. nec in Bibl. PP. habentur; residuus textus cum codice 9 concordat; de divisione capp., quae a cod. 9 passim discedit, cfr. infra tabulam. — Codex 270 in textu eiusque divisione congruit cum cod. 95, a quo descriptus est, sed minus correcte. — Codex 177, qui prologum non exhibet, textu convenit cum cod. 95, sed excipienda sunt capp. 12, 16, 28: nam in cap. 12 fine deest particula: 'et quod est quemadmodum praecipuum iudicium' etc. et in cap. 28 fine: 'Ideo multa talia' etc., quae particulae in cod. 95 et mutatis passim verbis in cod. 9 leguntur, et caput 16 consonat cum cod. 9; divisio capp. passim discrepans hac tabula illustratur:

Bonavent.	Codex 9	Codd. 95, 270	Codex 177
Cap. I. et II.	1 et 2	1	1 et 2
III, IV.	3, 4	2, 3	3, 4
V.	5 et 6	4	5
VI, VII.	7, 8	5, 6	6, 7
VIII.	9	7 et 8	8
IX.	10 et 11	9 et 10	9 et 10
X. et XI.	12	11 et 12	11 et 12
XII—XXI.	13—22	13—22	13—22
XXII—XXIV.	23	23	23
XXV. et XXVI.	24	24	24
XXVII.	25	25	25
XXVIII—XXX.	26	26	26
XXXI—XLI.	27—37	27—37	27—37

Codices nostri, exceptis codd. 95 et 270, in lectione inter se saepe differunt neque raro capp. tituli; cod. 9 textus minus correctus calami mendis haud paucis foedatus est, cod. 95 correctior esse videtur, quam ceterorum. Idem tract. in cod. Vind. 4350 nr. 9, de quo Denis, I, Cod. CCXCII, col. 1088, et cod. Sangall. 789 (Hdschr.-Cat. p. 265), in quibus inscribitur: 'Speculum monachorum'; de aliis codd. ms. cfr. Tabb. codd. III, p. 489 in ind. sub voce: 'David de Augusta.'

26, f. 295ᵃ—f. 301ᵇ 'Incipit *tractatulus Boneuenture fratris de institucione nouiciorum*' (rubr.)

Incip.: 'Renouamini in nouitate sensus vestri...Verba ista dicit apostolus in persona nouiciorum' etc. Si primam particulam dicas praefationem, dividitur ipse tract. in capp. 16 numeris non signata, quibus rubricae praecedunt. Caput 'De paupertate' desin.: 'tanto nobilius quanto a multis possidetur Ad quod nos perducat..Eexplicit (sic) tractatus.' Est Bonaventurae opus genuinum, id quod iudicat Bonellus, Prodromus ad opp. S. Bonavent. col. 617 sqq. (cfr. Fidelem a Fanna, Ratio novae coll. opp. p. 37 nr. 87) et Fidelis a Fanna ipse, qui (a. 1876, mense Junio) hunc codicem inspexit, mihi confirmavit. Legitur inter Bonavent. opera (Mogunt., 1609.) T. VII, p. 623—629 tit.: 'Regula novitiorum'; cod. caput 2 in fine habet particulam linear. 12 (a verbis: 'scilicet pro papa' etc.), quae in edit. desideratur, caput 3 passim fusius est, cap. 12 in fine paullum differt ab edit. c. XI; ceterum textus consentit, sed varias lect. multas exhibet, quarum nonnullae lectionibus edit. praeferendae sunt. Capp. 7 et 8 in unum conflata efficiunt ed. cap. VII, edit. caput ultimum 'De Silentio' transpositum est et legitur in cod. inter caput 'De iudicando alios' et caput 'De humili obediencia' ita, ut cap. 'De paupertate' sit postremum, id quod ad finem eius propter adiunctam δοξολογιαν bene quadrat; residua divisio concordat. Additamentum illud (incip.: 'In conuentu fratrum Minorum Parisiis' etc.), quod habetur in editionis fine, deest in cod. et quidem recte, nam iudice Bonelli (col. 619) manu alienigena additum est. Bonaventura, Graece Euthychius s. Eustachius, proprio nomine Joannes Fidanza, inter Scholasticos Doctor Seraphicus appellatus, natione Italus, Balneoregii circa a. 1221. natus, Ordinem Min. ingressus, Alexandri Halensis discipulus, Universit. Paris. doctor, a. 1257. Ordinis Min. Generalis Minister, concionator celeberrimus, Episc. Card. Albanensis, in concilio Lugd. mortuus est a. 1274. De eius vita vide: Ciaconium, Vitae Pont. Rom. col. 741 sq.; Sollerii commentarium in AA. SS. Bolland. 14. Jul. T. III, p. 811 sqq.; Bonelli, Prodrom. col. 1 sqq.; de operibus: Oudinum, III, col. 372 sqq.; Fabricium, I, p. 252 sqq.; Possevinum, I, p. 232 sqq.; praecipue vero Bonelli l. l. col. 149 sqq. et Fidelem a Fanna, p. 1 sqq. — Alios codd. ms. affert Bonelli, Lib. VII, col. 408, 430, 459, 466, 470; eund. tract. recenset Denis, II, Cod. CCLXI, col. 451, in quo inscribitur: 'quedam Vite religiose et norme nouiciorum' et caput 'de Silentio' transpositum est; idem tract. in codd. Sangall. 780, 1008 (Hdschr.-Cat. p. 259, 384).

27, f. 302ᵃ—f. 310ᵇ 'Incipit *Tractatus meditacionum Beati Beati* (sic) *Berūhardi de contemptu mundi*' (rubr.)

Incip.: 'Multi multa sciunt et se ipsos nesciunt / alios inspiciunt / et se ipsos deserunt' etc. Dividitur in capp. 17 numeris non signata, quibus rubricae praemissae sunt; rubrica cap. 5 marg. sinistr. legitur. Desin.: 'in quo sponsum cum sponsa prospicies vnum eundemque dominum glorie Qui viuit .. Amen Explicit.' Idem tract. in pluribus codd. Cremif. extat: cod. 193 nr. 4 tit.: 'tractatulus bernhardi de contemptu mundi', cod. 273 nr. 1 tit.: 'meditationes b. Bernhardi' etc., cod. 280 f. 322[a] sqq. tit.: 'Tract. b. Bernh. de contemptu mundi per modum confessionis s. oracionis' etc. et in fine: 'meditaciones b. Bernh. de miseria huius mundi', cod. 317 nr. 6 tit.: 'Tract. b. Bernh. de contemptu mundi s. de cognicione hominis interioris', codd. 333 nr. 4 et 335 f. 155[a] sqq. tit.: 'Confessio b. Bernh.'; codd. 9, 317 saec. XV, codd. 193, 280, 333, 335 saec. XIV, cod. 273 saec. XIII; accedit breve fragmentum anonymum in cod. 278 f. 112[b]. In aliis codd. ms., in quibus fere omnibus Bernardo tribuitur, inscribi solet aut 'Meditationes', ex. gr. in codd. Pal. Vind. 4213 nr. 1, 1312 nr. 7, 4178 nr. 10, 882 nr. 1, 785 nr. 24, 4673 nr. 11 (cfr. Denis, I, col. 1077, 1393, 2207, II, col. 1007 sq., 1144, 1428), in cod. Run. 49 nr. 5 (Weis, p. 45), aut Liber s. tract. 'de interiori homine', ex. gr. in cod. Vind. 4686 nr. 7 (Denis, II, col. 961 sq.), in 3 codd. Laurent. (Bandini, T. I, col. 28 §. XV, col. 158 §. VII, T. IV, col. 564 §. XIX.); in cod. bibl. Minorum Perusii inscribitur: 'Summa B. Bern.' (vide Bonelli, Prodr. col. 449). In cod. bibl. Dietrichstein. Nikolsburg. tribuitur S. Augustino (cfr. Dudík, Arch. f. oest. Gesch. XXXIX, p. 456), in cod. Florian. 57 nr. 8 Hugoni (Czerny, p. 22). Legitur inter Bernardi opp., edit. Mabillon. (Paris. 1719.) II, col. 332—349, ubi hunc tit. prae se fert: 'Meditationes piissimae de cognitione humanae conditionis'; sed inter dubia Bernardi scripta referendus est neque Hugonis de S. Victoris, inter cuius opp. librum IV. de anima constituit, esse videtur (cfr. monitum praevium in edit. cit.). Codd. nostris et edit. Mabillon. collatis didici, codices textu haud raro ab edit. discedere; repperi hos locos:

edit. cap. I: in codd. 9, 273 post verba: 'ad imaginem eius facti sumus' desunt: 'quam cognationem — facti sumus' (ed. col. 332 lin. 58—60); codd. 280, 333 nihil habent nisi: 'ad imaginem et suam similitudinem facti sumus.'

ed. cap. III: in codd. 9, 273 post versus: 'Post hominem — omnis homo' desiderantur verba: 'Cur ergo superbis — in tumulo' (col. 336 lin. 1—4); in codd. 9, 273, 317, 335 post verba: 'mori angustia' desunt versus: 'Unde superbit — necesse mori' (lin. 7 sq.), qui versus in

codd. 193, 280, 333 transpositi leguntur ante versus: 'Post hominem' etc.; praeterea in cod. 273 post versus: 'Sic indutus — sit homo' non habentur verba: 'Nihil aliud est — cibus vermium.'

ed. cap. IV: in cod. 193 post verba: 'extra illum' desunt: 'quicquam quaeritur — libet eum' (col. 337 lin. 65 sq.), in cod. 335 post verba: 'sincera diuinitas' haec: 'comprehendetur — arcana divinitatis' (338 lin. 20 sq.), in cod. 317 post: 'liquefiet dileccio' haec: 'Praesentibus omnibus — beatifica divinae' (lin. 30 sqq.).

ed. c. V: in cod. 335 post verba: 'sum ymago dei' desunt: 'ita tibi presens — eam cognoscit' (col. 339 lin. 42—47).

ed. c. VI: in cod. 9, 273 post verba: 'habent in celo' desiderantur: 'Nam etsi — corda sursum' (col. 340 lin. 25 sq.), in codd. 280, 333 post verba: 'creator nos expectat' desunt: 'Exspectat nos Deus — Patri offerat' (lin. 30—33); in fine exhibent codd. 9, 273 particulam (a verbis: 'Suspecta est deo superbia' etc.), quae hoc loco in edit. deest, sed legitur paullo post init. cap. X. (col. 344 lin. 2—8, 9—18), verba, quae praecedunt: 'Non est superbia — delictorum meorum' (lin. 1 sq.), nullibi in his codd. extant.

ed. c. VII: in cod. 335 post verba: 'et assiduam oracionem' desunt: 'ut mundo corde — memento mei' (col. 341 lin. 45—51; in fine desideratur in codd. 280, 333 locus 10 linear. (a verbis: 'Exspectat me aliquis' etc.), codex 335 paullo longior est.

ed. c. IX: in codd. 280, 333 post verba: 'non sum unitus' desunt: 'et ideo in meipso — per veritatem' (col. 343 lin. 2—5), in codd. 9, 273, 335 post verba: 'nichil sum et nichil facere possum' haec: 'Et quia — redire non possum' (lin. 10 sq.), codices 280, 333 nihil habent nisi: 'nil sum. sine quo ad illum redire non possum.'

ed. c. X: in codd. 280, 333 desideratur ab initio locus 9 linear.: 'In capitulo — vel perpetrando', post verba: 'prauis moribus' desunt haec: 'Licentiam loquendi — non requirat' (col. 344 lin. 18—34), post verba: 'virtus esse putatur' haec: 'Sic remissa segnities — Dicam peccatum meum quoniam' (lin. 40—56), post verba: 'a deo meo' haec: 'Exteriorem superficiem — tardus ad bona' (lin. 59—66). De codd. 9, 273 vide supra cap. VI.

ed. cap. XII: in codd. 280, 333 post verba: 'perpetratur iniquitas' desunt: 'Nimirum utrobique — circumagenda est cervix' (col. 346 lin. 6—10), post verba: 'dyabolica suggestio est' haec: 'cui non aliter — ipsa damnatione' (lin. 18 sq.).

ed. cap. XIV: in codd. 280, 333 totum desideratur; in cod. 335 deest inter verba: 'lux corporum' et: 'Nullus ibi peregrinus' etc. locus 17 linear. (col. 347 lin. 7 sqq.). ed. c. XV: cum cod. 280 lineae 9 priores tantum (ad verba: 'cibum de manu mea sumpsit') congruunt; quae in edit. secuntur, non habentur in cod., in quo habes haec: 'Non est mirum si infideliter agit. qui infideliter intrat. Anima insignita est dei ymagine. decorata similitudine. desponsata fide. dotata spiritu. redempta sanguine. deputata etc. vbi supra.' (id est caput III.), deinde in codice subiunguntur uno contextu quaedam notae, quarum prima incip.: 'Apte mens humana comparatur rote fortune' etc., ultima incip.: 'Congregacio claustralium dicitur vinea domini etc. et desin.: 'qui modo despecti et in miseria sunt sicut sol.' (de cod. 333 vide, quae infra dicam); codex 317 in fine mutilus est, desinens in haec verba: 'inueteratus dierum malorum rebellis virtuti et', quae in edit. paullo post initium cap. XV. leguntur; in cod. 335 deest inter verba: 'spiritum tuum' et: 'homo iste in peccatis' etc. particula 13 linear. (col. 347 lin. 50 sqq.) et post verba: 'os suum' haec: 'Odit disciplinam — dorsum suum' (lin. 67 sq.).

Ceterum codices textu cum edit. concordant, sed (inprimis codd. 280, 333, 335) varias lect. multas exhibent neque, si codd. 280 et 333 excipias, ubique inter se conveniunt; cod. 193 lectio passim ab edit. et reliquis codd. variat, cod. 273 satis sincera est et cod. 9 non multum discedit; calami menda haud pauca. Codices divisione capp. ab edit. hoc modo differunt: cod. 9 capita 4 et 5, 11 et 12 in unum contracta efficiunt ed. capp. IV, X; cod. 273 (in capp. 17 distribuitur) capita 3 et 4, 11 et 12 in unum conflata constituunt ed. III, X; cod. 280 (in capp. 18 dividitur) capita 4—7 in unum contracta efficiunt ed. c. IV, capp. 13 et 14 in unum conflata respondent ed. c. X; codd. 317 (in capp. 20 distribuitur) capita 4—6, 8 et 9, 13—15 in unum contracta efficiunt ed. IV, VI, X; cod. 335 capita 1, 2, 3 sunt ed. I—V, VI —IX, X—XV. in unum conflata (initia ed. capp. II, IV. signis, cap. VIII. littera init. in ipso textu positis indicantur); codex 193 divisionem prorsus diversam exhibet (dividitur enim in particulas 49): tituli capp. in codd. 9, 280 et ab ed. et inter se discordant, in codd. 193, 273, 333, 335 desunt, in cod. 317 inde a cap. 3. Codex 333 in textu et in lectione, si calami menda non respicias, et in capp. divisione cum cod. 280 congruit, sed rubricae capp. desiderantur et notae in fine subiunctae caput singulare constituunt; codicem 333 a cod. 280 descriptum esse puto. — De aliis codd. ms. cfr.

Tabb. codd. I, p. 323, III, p. 480 in ind.; St. Galler Hdschr.-Cat. p. 374 (cod. 988).

Fol. 311[a] legitur 'Index horum tractatuum' minus correctus, haud dubie manu Matthiae Pierbaumer, Bibliothecarii Cremifanensis, (obiit a. 1673.) scriptus; fol. 311[b] scriptura vacat. —

Nr. 5—7, 9, 11, 14, 17, 26, 27 passim nomina auctorum et loci notatu digni linea rubra distincta sunt. Nr. 3, 4 litteris init. carent; litterae init. nr. 8, 18 colore nigro, nr. 23 viridi, nr. 9—11, 16, 17, 22, 26 partim rubro, partim viridi, reliquorum omnium col. rubro exaratae sunt.

In anteriori tegumento verso agglutinatum est folium chartac., in quo codicis index eadem manu, qua nr. 5—18, 22—27, scriptus est.

---

10. Codex chartaceus saec. XV. Foliorum 298. 4.°

Si fol. 218[b] lin. 13—f. 233[b] lin. 16, f. 241[a]—246[b] med., quae ad alios scriptores pertinere videntur, excipias, totum codicem eadem manu, quae mea quidem sententia est Michaelis Wochner Canonici in Hospitali, exaratum puto.

Fuit cuiusdam nobilis, cuius insigne in exteriori tegumento verso depictum est. Insigne autem est hoc: Scutum linea verticali divisum est in duas partes aequales, quarum pars dextra (heraldice) colorem album, sinistra col. azureum exhibet; per medium scutum fascia transversa est col. rubro. Cfr. quae ad cod. 4 initium dixi.

1, f. 1[a]—f. 2[a] *Nicolai de Lutzemburgh consilium de quaestione quadam iudiciali, sine titulo.*

Incip.: 'Georgius herberstorffer plebanus tunc ecclesie parrochialis Sancti viti in monte S. Viti recepit mutuo ab erhardo patre suo Centum libras denariorum wiennensium/pro quibus sibi pignori dedit quoddam predium ecclesie antedicte' etc. Proponuntur et solvuntur dubia 4. In fine subscribitur: 'Ita dico et consulo ego *Nic. de lutzemburgh* decretorum doctor ac licenciatus legum minimus ordinarius lector sacri iuris canonici in Almo studio wiennensi.' Nicolaus Simonis de Luxemburg, Doctor iuris Can. et Licent. legum, ab a. 1447. Professor in universit. Vindob., a qua legatus a. 1457. interfuit iis, qui Magdalenam regis Ladislai sponsam e Gallia deducerent. Cfr. Aschbach, Gesch. d. W. Univ. (I.) p. 227, 309, ubi tamen nihil de operibus. Ad eund. auctorem pertinere

videntur: 'Nicol. de Lüczelburg, Litterae credentiales' etc., quae extant in cod. Pal. Vind. 3520 nr. 4, et 'Nic. de Luczenburg, Lectura super II. libr. Decretalium', ibid. cod. 5122 (Tabb. codd. III, p. 7, IV, p. 31).

2, f. 2ª—f. 3ª *Johannis Poltzmacher consilium de casu quodam iuris Canonici, sine titulo.*

Incip.: 'Quidam nobilis infra limites parrochialis ecclesie in n. Capellam in honore (sic) b. virginis simplicem non curatam / reedificare .. cepit / Rector parrochie .. terciam oblacionum partem que fiunt ad fabricam illius capelle .. petit' etc. Lin. 6 sq.: 'Instat preterea fundator ut capelle prefate specialis rector .. instituatur' etc. Proponuntur et dissolvuntur quaestiones duae. Desin.: 'Et hoc de questione secunda dixisse sufficiat sub cuiuslibet sanius intelligentis correctione' et subscribitur:

'Ita Consulo ego *Jo. poltzmacher.*
His supradictis Assencio ego. *Con. de halstat*
Suprascriptorum determinacioni dubiorum plene assencio ego *Nic. Glatz*
} Decretorum doctores.'

Joh. Polczmacher, Doctor iuris Can., ecclesiae collegiatae s. Petri in Brunna (Brünn in Moravia) praepositus, professor in universit. Vindobon., ibid. a. 1438. Rector (cfr. Aschbach, op. l. p. 611 in append. et Zappert, Wien. Sitzgsber. XIII, p. 134 sqq., ubi illius testamentum habes); Conradus de Hallstatt (in Austria super.), Doctor iuris Can., professor praeclarus in univ. Vindob., ibidem ab a. 1426. usque 1456. novies Rector, obiit post 1458. (Aschbach, p. 477 sq., 599); 'Nic. Glatz' fere indubie est error calami pro 'Nicolaus de Glotz', Doctor iuris Can., professor in univ. Vind., ibid. a. 1444, 1448, 1452. Rector, Canonicus ad S. Stephan., obiit 8. Sept. 1452. (Aschbach, p. 583, 618). Alia Joh. Poltzmacher opera extant in codd. Pal. Vind.: cod. 3248 nr. 2 'Responsio ad quattuor quaestiones de emtione redituum', cod. 5103 nr. 1 'Lectura in librum IV. Decretal.', cod. 4736 nr. 13 (Denis, II, col. 1833) 'Declaratio facta a M. Narcisso (Herz de Perching) et .. Joh. Polzmacher .. super certis difficultatibus in peragendis anniuersariis a fratribus monast. scotorum wyenne' (cfr. Tabb. codd. II, p. 243, IV, p. 24, III, p. 369); in cod. quodam monast. ad Scotos Viennae habetur 'Lectura magistri Joh. Poltzmacher ... pro annis 1439 et 1442 secundum Cardinalem et Panormitanum' (cfr. Schulte, Wiener Sitzgsber. LVII, p. 607 sq.). — Fol. 3ª marg. inf. legitur manu saec. XVI, ut videtur, nota contra eos, qui primitias fructuum percipiunt, hoc initio: 'Nos sumus agricole. vos primum uultis percipere de fructibus nostris' etc.

3, f. 3ᵇ—f. 5ᵇ *'Carolina.'* (Copia.)

Est versio Germanica constitutionis Martini Papae V., quae 'Carolina' vocatur. Constitutio illa habetur sub nr. 4. Incip.: *'Martinus.* Bischoue ain dien.' d' dien' gotes. Zů widerwenndn̄ dy pösen begir d' verkerten' etc. Desin.: 'als dañ das in den gesetztn̄ vnd gepoten d' Concilien vnd des obbemeltn̄ Babsts Honorii vnd den keys'lichn̄ ordnungn̄ lautt'lich begriffen ist.' De editione vide nr. seq.

4, f. 6ᵃ—f. 7ᵇ *'Carolina.'* (Copia.)

Incip.: *'Martinus* Episcopus seruus seruorum dei. Ad Compescendos conatus nepharios peruersorum' etc. Desin.: 'prout in Constitutionibus et sanctionibus Conciliorum et honorii predictorum et imperialibus prefatis plenius continetur Datum Constancie XVII kal. ianuarii pont. nostri Anno primo.' Haec constitutio approbatur in statutis concilii provinc. Moguntini a. 1423. sub Conrado III., Archiepiscopo Mogunt., habiti (cfr. Schannat et Hartzheim, Concil. Germ. V, p. 210 cap. VIII), commemoratur ap. Hansizium, Germ. sacra II, p. 544, ubi disseritur de synodo provinc. dioec. Salzburgensis in ecclesia paroch. oppidi Müldorf a. 1490. celebrata; edita est una cum versione Germanica in eiusd. concilii 'Statutis prouincialibus' sine ulla loci, anni et typographi nota (teste Hain, nr. 15043 'Pataviae') in 4.° impressis fol. 22ᵇ sqq., f. 26ᵃ sqq., unde eam repetierunt Lünig, Continuat. III. Spicileg. Eccl. d. T. Reichs Arch. p. 785 sqq., Schannat et Hartzheim, V, p. 590 sqq. et Dalham, Conc. Salisburg. p. 266 sqq., in quibus editt. inscribitur: 'confirmatio caroline per martinum V. papam in latino et vulgari publicanda' etc.; Latino tantum sermone extat ap. Lünig, Spicil. Eccl. d. T. R. Arch. (I.) nr. CXXIIX, p. 231—234 tit.: 'P. Martini V. Confirmation der von .. Friderico II. u. Carolo IV. edirten Constitutionen die Kirchen-Freyheit betreffend ... de Anno 1417', ubi 'Constant. X. kal. Jan.' etc. data est: in omnibus his editt. missa est ad abbatem monast. Scotorum in Wienna .. et Augusten. ac Salzeburg. ecclesiarum decanos. Codicis nostri nr. 3, 4 in fine textum breviorem exhibent, quam editiones, quae inter se conveniunt; desideratur enim illa particula, quae ecclesiam Frisingensem respicit ita, ut in nr. 3 desint, quae ex. gr. editio prior inde a f. 28ᵇ lin. 23, in nr. 4, quae edit. prior a f. 24ᵇ lin. 27, ed. ultima a p. 233 nr. 5 habent; ceterum nr. 3, si verba, non rem spectes, differt, nr. 4 paucis lect. variis exceptis concordat. Ead. constitutio paucis mutatis legitur ap. Schannat et Hartzheim, Suppl. T. V, p. 739 sqq., ubi inscribitur: 'Conservatorium Ecclesiae S. Servatii Quedlingburg.' etc. et a Synodo Basiliensi ad praepositum B. Mariae

Erffordiensis' etc. Basileae VIII. Kal. Novembr. a. 1434.' data est. — Martinus V. antea Otto de Columna (Colonna), Papa in concilio Constant. 17. Nov. a. 1417. electus, mortuus 20/21 Februar. 1431. De eius vita vide: Ciaconium, col. 1099 sqq.; Gregorovius, Gesch. d. St. R. VI, p. 636 sqq.; Reumont, II, p. 1162 sqq., III, 1, p. 56 sqq.; Hefele, Conciliengesch. VII, p. 328 sq.; de operibus: Fabricium, V, p. 35 sq.; Cave, II, Append. p. 119 sq. Cfr. quoque cod. Cremif. 1 nr. 18.

5, f. 7ᵇ—f. 8ᵇ *Nicolai Papae V. litterae ad episcopum Eystetensem et abbatem monasterii in Rotenhaslach ac decanum ecclesiae Salzburgensis, quibus eis mandat, ut Friderico archiepiscopo, capitulo et clero dioec. Salzburg. contra hostes auxilium ferant, sine titulo.* (Copia.)

Incip.: '*Nicolaus* episcopus. seruus seruorum dei. Venerabili fratri. n. Episcopo Eystetensi et.. Abbati monasterii Rotenhaslach Salcz. dioc. ac decano ecclesie Salcz. Salut. et ap. ben./Militi ecclesie licet immeriti disponente deo presidentes. circa curam Ecclesiarum et Monasteriorum omnium sollertia reddimur indefessa solliciti' etc. Desin.: 'Constitutione predicta de Conseruatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante. Presentibus post viginti annos minime valituris Datum Rome apud Sanctum petrum Anno incarnationis dominice MCCCCXLVIII. XVIII° kal. iunuarii (sic) Pont. nostri Anno secundo.' Hae litterae datae sunt in favorem Friderici IV. de Emerberg, Archiepiscopi Salisburg. (1441—1452.), de quo quidem tractant Mezger (Historia Salisburg. p. 491 sqq.), Hansizius (Germ. sac. II, p. 478 sqq.), Zauner (Chronik v. Salzbg III, p. 67 sqq.), sed nihil habent de his litteris, quas neque alibi repperi. Episcopus Eystetensis (Eichstädt) eo tempore fuit Johannes III. de Eich, ab a. 1445. ad 1464. (Potthast, Bibl. Suppl. p. 312); monasterium Rotenhaslach (Raitenhaslach), Ord. Cisterc., in valle Salzae fluvii in Bavaria-Superiore situm (cfr. Janauschek, Origg. Cist. I, p. 77 sq.) nunc sublatum est, abbas eo tempore erat Georgius I, qui obiit a. 1464. (Monum. Boica Vol. III, p. 102). — Nicolaus V. antea Thomas Lucanus Sarzanus, Papa 6. Mart. a. 1447, mortuus 24. Mart. 1455. De eius vita vide: Ciaconium, col. 1173 sqq.; Gregorovius, VII, p. 103 sqq.; Reumont, III, 1, p. 110 sqq.; Hefele, VII, p. 836 sqq.; de operibus: Fabricium, V, p. 102; Possevinum, II, p. 155; Cave, II, App. p. 161 sq.

6, f. 8ᵇ—f. 9ᵇ *Petri S. Vitalis Cardinalis et episcopi Augustensis Encyclica, qua Bullam Nicolai Papae V. Romae a. 1450. V. Idus Februarii datam publici iuris fecit, sine titulo.* (Copia.)

Incip.: '*Petrus* miseracione diuina tituli Sancti vitalis.. presbyter Card. et episc. Augusten. / vniuersis.. ad quos presentes nostre littere peruenerint Sal...Vniuersitati vestre notum facimus Quod litteras.. Nicolai.. pape quinti' etc. (lin. 6): 'vidimus et.. de uerbo ad uerbum transsumpsimus.. quorum tenor.. sequitur.. Nicolaus episcopus' etc. (lin. 11): 'Enormitas nefandi sceleris quod per nonnullos maledictionis filios in partibus Alamanie impudenter ut intelleximus perpetratur' etc. Haec bulla desin.: 'possitis quo ad hoc non immerito coequari / Datum Rome apud S. petrum Anno incarnationis dominice Millesimo CCCC° quinquagesimo / Quinto ydus Februarii pont. nostri Anno quarto', Encyclica ipsa desin.: 'Datum et Actum Auguste Anno a Natiuitate M°CCCC°LI.° Indictione XIIII[a] pont. dicti domini nostri pape Anno quinto Die vero Martis Terciadecima Mensis Aprilis.. in Aula nostra speciali (leg. 'episcopali'). presentibus ibidem.. Magistro leonardo Gessl in decretis licentiato Canonico maioris Augusten. et b. virg. marie in feuchtwanngen. nostre dioc. ecclesiarum preposito .. et famosis viris iohanne Schott Castellano nostro in faucibus Alpium iohanne de̊ westernstetn̄ Armigeris nostre dioc. ac.. iohanne lauchner Cancellario nostro testibus.. rogatis.' Subsecuntur notariorum testimonia: 'Et ego Nicolaus Bernyr de Torgau clericus Missnen. dioc. publicus.. notarius. et Curie Augusten. scriba iuratus' etc. et in fine: 'Et ego nicolaus Rülin de naw etc clericus Augusten. dioc.' Papa Nicolaus V. bulla, quae hac Encyclica promulgatur, constitutionem Martini V. 'Carolinam' nominatam (cfr. supra nr. 4) exequendam jussit. Encyclica una cum bulla Nicolai V. inserta est Statutis concilii provinc. Moguntini a. 1451. sub Theodorico, Archiepisc. Moguntino, celebrati et legitur ap. Schannat et Hartzheim, V, p. 406—408: in cod. nostro deest post alterius notarii nomen eius testimonium, quod fere ad verbum cum testimonio prioris consentit, in editione bulla Nicolai V. 'Anno 1451. Idus Februarii' etc. data est; ceterum codicis textus congruit et varias lect. minoris momenti exhibet, quarum tamen nonnullae lectionibus edit. praeferendae sunt. Petrus de Schaumburg, Germanus, ab a. 1424. episcopus Augustanus, Presb. Card. S. Vitalis, obiit 12. April. 1469. Cfr. Ciaconium, col. 1135 et Potthast, Bibl. Suppl. p. 272. Eiusdem 'literas ad Clerum suum, cui Nicolai V. bullam... publicare praecepit' 'Auguste a. 1451. VI. idus May' datas ex cod. monast. Ss. Udalr. et Afr. August. edidit Braun, Notit. Codd. Ms. III, nr. XXVII, p. 193 sqq., ubi iterum bulla Nicolai V. inserta est et 'Datum' cum cod. nostro concordat; de aliis eiusdem litteris ibid. in codd. ms. extantibus vide Braun, VI, p. 201 in ind. — Cod. nostri nr. 3, 4, 6 extant in cod. Pal. Vind.

3629 nr. 6, 5, 4, sed in nr. 4 bulla Nicolai V. falso 'Romae 1454 ydus Febr.' data est (Tabb. codd. III, p. 40).

7, f. 9ᵇ—f. 12ᵃ (festinanti calamo) *Sixti Papae IV. Bulla excommunicationis contra persecutores ecclesiae dioecesi Pataviensi data, Germanice; sine titulo.* (Copia.)

Incip.: '*Sixtus* Bischoue ain dien' d' dien' gots Zů ewig' dis' sachn̄ gedëchtnuss / Zů straffn̄ dy freuelichn̄ der / so als v'achter gotes vorcht freuelich vnd raublich hennd geistlichn̄ personen .. anzelegn̄ sich nicht fürchtn̄' etc. Desin.: 'in dy vngnad des almechtign̄ gotes / vnd der heiligñ sannd peter vnd sannd pauls sein' zwelfpoten sich wissn̄ vnd erkennen̄ geuallñ sein Gebn̄ zů Rom pei sand peter nach vnns's herrn̄ enphahung Tausent vierhund'rt vnd im siben vnd sibentzigsten / an dem ersten kalende des monats iulii vns's Regiments im Sechsten Jare.' Hansizius, Germ. sac. I, p. 570 allegat bullam Sixti IV. 'Romae Anno MCCCCLXXVII. VII. Kal. Julii' datam, quam, cum argumentum congruat, unam eandemque esse puto ac nostram; ceterum bullam neque in Magno Bullario Romano edit. Luxemburg., neque alibi inveni. De Papa Sixto IV. cfr. cod. Cremif. 4 nr. 7. — Fol. 12ᵇ vacat scriptura.

8, f. 13ᵃ—f. 14ᵇ *Carmen, num castor comedi liceat in diebus ieiuniorum, versibus hexametris 92 ad episcopum Tridentinum scriptum, sine titulo.*

Incip.: 'Suscipe magne presul pater cunctis venerande.
Tridenti domine paruis pro gratibus istud
Exiguum dogma miro de castore nato' etc.

Desin.: 'Castoris hinc cauda quam laudat principis aula
In christi caula reprobatur non sine causa /
Tempore quo populus seruat ieiunia sancta.'

Marginibus passim argumenta brevissima ascripta sunt. Auctor est *Henricus de Langenstein*, dictus *de Hassia* (cfr. Pez, Thes. anecd. Diss. Isag. T. I, p. LXXVIII, nr. 17. et Aschbach, Gesch. d. W. Univ. (I.) p. 391 not. 1), de quo dixi cod. 8 nr. 20.

9, f. 15ᵃ—f. 22ᵇ *Carmen in laudem B. Mariae Virgin., quod 'sertum b. virginis' inscribitur.*

Opus quidem titulo caret, sed in marg. sup. leguntur litt. minoribus haec: 'Iste liber intitulatur sertum . b. virginis / quia sicut sertum continet diversas gemmas preciosas / sic iste liber continet diversa miracula beate virginis / et sicut sertum est ornamentum virginis sic eciam iste liber est ornamentum serens diversa miracula . b. virginis marie. Causa efficiens istius libri fuit *petrus de riga* secundum aliquos Sed materia eius est incarnacio domini et quatuor euangeliste et tres pro-

phete. et paradisus et secundum hoc dividitur in 4. partes.' Sunt versus 367 iique maximam partem distichici, sed vitiosi; versus 54 f. 16ª in marg. dext. legitur, post v. 141 unus versus deesse videtur.

Incip.: 'Nectareum rorem terris ingestat olimpus.
Totam respergunt flumina mellis humum' etc.
Desin.: 'Amnis in ingressu zonam. diffibulat illam
A nodo soluens brachia iuncta suo.
Anniczka gest ma day zato pennicze dwa.'

Ead. manu, sed litt. minoribus, passim glossae et in margine et inter lineas ascriptae sunt; ultima linea (lingua Czechica) declaratur hac glossa interlineari: 'i. e. anna est mea da pro ea duos denarios.' Non audeo, hoc carmen tribuere Petro de Riga, Canonico et cantori Rhemensi, qui nota marginali supra allata auctor nominatur, nam nec Leyserus (Hist. poet. med. aevi p. 692 sqq.), nec Fabricius, nec Oudinus, nec Possevinus aliique rei litterariae scriptores hoc carmen Petri de Riga commemorant. Phil. Jac. Lambacher, Bibl. antiq. Vind. civica I, p. 63 sq. disserens de cod. ms., in quo 'Aurora' (Biblia rythmica) Petri de Riga extat, allegat carmen elegans in laudem B. V. Mariae ibid. libro Ruth subiectum, cuius prologum (inc.: 'Archa, columba Noe, fuit haec, Moisi rubus, Aaron' etc.) edidit, sed falso dicit, hoc carmen deesse in codd. Bibl. Caes.: nam in iis teste Denis (I, col. 329 sq.) legitur paullo post initium 'Historiae evangelicae' (id est Novi Testamenti), quo loco etiam in nostris Aurorae codd. 124 f. 64ᵇ et 129 f. 195ᵇ tit.: 'De commendacione B. Marie per eloquia scripturarum' habetur; sed hoc carmen a carmine codicis 10 differt. In cod. Pal. Vind. 13428 nr. 9 extat 'De virgine virginum' carmen elegiac. in laudem B. M. V., quod incip.: 'Nectareum florem terris instillat olympus' etc. et desin.: 'Fasciculis laudum claudere ligna potest. 1462.' (Tabb. codd. VII, p. 221), quae verba in nostro cod. versum 68 constituunt.

10, f. 23ª *'De verbositate.'*

Sunt variorum auctorum de hac re dicta; auctores autem sunt hi: 'Egesippus' (bis), 'Varro', 'Hugo', 'Boetius', 'Tullius', 'Salustius', 'Cassiodorus', 'Sidonius', 'Sixtus pitagoricus', 'Julius Celsus', 'Socrates', 'Calcidius', 'Aristoteles.' Inc.: 'Egesippus li. 4° Qui enim verbosus est nimium/nunquam quod in mente conceperat ad finem perducet congruum et optatum' etc. Des.: 'Aristoteles 6° pollit. Sub silencio quidem loqui et agere conuenit sex generibus personarum/videlicet/puellis/timidis/infirmis/furibus/pueris et astutis.' Fol. 23ª pars inferior et fol. 23ᵇ—24ᵇ integra vacant scriptura.

11, f. 25ª—f. 150ª *Johannis Bocacii de Certaldo de mulieribus claris ad Andream de Actiarolis de florencia Alte uille comitissam liber.* Hic tit. legitur post praefationem.

Praefatio praemissa hac rubrica: '*Johannis Bocacii* de Certaldo mulieri clarissime Anndree de acciarolis de florencia alte uille Comitisse' incip.: 'Pridie mulierum egregia paululum ab inerti uulgo semotus' etc. Desin.: 'et posteritati seruabit eternam.' Sequitur haec rubrica: '*Johannes* (sic) *Bocacii* de Certaldo de mulieribus claris ad Andream de Actiarolis de florencia Alte uille comitisse (leg. 'comitissam') liber incipit feliciter.' Incip.: '[S]Cripsere iam dudum non nulli veterum sub conpendio de viris illustribus' etc. Caput 'De Eua prima parente' inc.: '[S]Cripturus igitur quibus fulgoribus mulieres claruerint' etc. Hoc caput in registro nr. 3 signatum secuntur capita numeris 4—102. signata et operis conclusio; quia vero numeri 72, 85, 90, 94 bis leguntur, rectius sunt capp. 106 et conclusio: capp. 3—25. rubricis instructa sunt, reliquorum capp. tituli in registro tantum habentur. Conclusio desin. (f. 148ª): 'laceratum dentibus infidorum depereat Amen.' Sequitur spatium vacuum aliquot linearum. Fol. 148ᵇ: 'Sequitur Registrum super libro *Johannis Bocacii* de Certaldo. de mulieribus claris precedenti', quod finitur f. 150ª lin. 5; reliqua f. 150ª pars vacat scriptura. — Eund. librum recenset Bandini, Cat. bibl. Laur. T. II, col. 568 §. II, T. III, col. 679 sq. Cod. XCVIII, 1. sqq., qui primo loco docet, de editionibus et codd. ms. consulendum esse Mazzuchellium, Scrittori d'Italia Vol. II, P. III, p. 1338 not. 166, quod opus tamen ad manum non habeo. Plures codd. ms. Vindobonae extant (cfr. Tabb. codd. I, p. 324, II, p. 330, IV, p. 345 in ind.). Hain, Rep. bibl. allegat sub nr. 3327—3332 editiones 6 Latinas saec. XV., quarum prima sine ulla loci, anni et typographi nota (teste Hain 'Argentor., Georg. Husner') in folio excusa ad manum est. Codicis textus, si varias lect. multas non respicias, cum edit. concordat, divisio eadem est; codex haud raro duas lectiones juxta se in ipso textu positas exhibet multisque calami mendis foedatus est, quorum nonnulla correcta sunt; ceterum editionis textus satis corruptus ex cod. corrigi potest; registrum capp. deest in edit., in qua singulis capp. tituli praecedunt. Johannes Boccaccius de Certaldo, Florentinus patria, sed a. 1313. Parisiis natus, Francisci Petrarcae aequalis et amicus, Poeta clarus, obiit 21. Dec. 1375. Cfr. de eo eiusque scriptis: Fabricium, I, p. 248 sqq.; Oudinum, III, col. 1069 sqq.; Cave, II, App. p. 53 sq.; Marc. Landau, 'Giovanni Boccaccio sein Leben und seine Werke' (Stuttg., 1877, Cotta, 8.°), qui omnes libri de claris mulieribus mentionem iniciunt. Eiusdem libri 9 de casibus virorum illu-

strium extant in cod. Cremif. 47 nr. 2 eadem manu scripti, qua cod. 10.

12, f. 150^{b}—f. 153^{b} *'Sapho vates Clarissima ad phaonem Siculum eius amatorem.'*

Sunt versus 220 iique distichici; ad quos accedunt duo versus, qui f. 151^{a} in marg. sup. leguntur (cfr. infra).

Incip.: 'Nunquid ubi aspecta est studiose littera dextre
Protinus est oculis cognita nostra tuis?' etc.
Desin.: 'Ha (?) saltem misere crudelis epistola dicat
Vt mihi leucadie fata petantur aque.'
Subscriptum est: 'Finit feliciter.'

In margine passim scripturae discrepantia legitur. Ead. epistula adiecta in calce P. Ouidii Nasonis Heroidum extat in cod. Cremif. 329 f. 203^{a} sqq., ubi idem tit. praemissus est ac in codice 10 (cfr. Henr. Steph. Sedlmayer, 'Prolegomena critica ad Heroides Ovidianas', Vindob., 1878, p. 23). Haec epistula, cui omnes inde ab Heinsio usque ad Merkelium editores locum inter Heroides Ovidianas decimum quintum tribuere consueverunt, his temporibus omnium fere consensu a Merkelio (Tom. I, p. 159 sqq.) et Rieseo (Vol. I, p. 215—220) inter carmina Pseudo-Ovidiana reiecta est, quorum sententiam Sedlmayer in disputatione cit. (p. 32 sq. not. 28) secutus est (cfr. etiam Bähr, Gesch. d. Röm. Lit. 4. Aufl. I. [Carlsruhe 1868.] p. 787, 789 not. 6). Codd. nostris et editione Riesiana collatis didici, utrumque cod. in vv. 33, 34, 162 ab edit. discedere, qui in codd. sic leguntur:

v. 33: 'Nec me despicias si sum tibi corpore parua'
v. 34: 'Mensuramque breuis nominis ipsa fero'
v. 162: 'Formosus puer est visus adesse mihi'

Praeterea codex 10 in marg. sup. exhibet etiam vv. 33 et 34 editionis a prima manu scriptos et, ut signo indicatur, post v. 34 ('Mensuramque' etc.) inserendos; ceterum codices in textu corcordant, sed varias lect. multas exhibent, in quibus haud raro conveniunt; calami menda non desunt. De aliis codd. ms. vide: Bandini, V, col. 632 lin. 7 sqq. in ind.; Hagen, Cat. codd. Bern. p. 440 (cod. 527 nr. 2); Sedlmayer, p. 12 sqq.

13, f. 154^{a} *'Marcus poeta ad pinum. in laudem Saphos.* hec edidit.' Hic tit. a prima manu scriptus est in marg. dext.

Carmen, quod epistulam praecedentem respicit, constat vers. 28 distichicis.

Inc.: 'Lesbidos altisone saphos pia verba phaoni
Scripta uel eumenides posse mouere puto' etc.
Des.: 'Tu mitilene dum perlegis acta puelle
Fac saltem dicas lesbia docta vale.'

De hoc carmine eiusque auctore nihil repperi. Haud dubie auctoris est medii aevi.

14, f. 154^{b}—f. 156^{b} *'Lactancii firmiani de phenice libellus' constans vers. 170 distichicis.*

Inc.: 'Est locus in primo felix oriente remotus
Qua patet eterni maxima porta poli' etc.
Des.: 'Ipsa quidem/sed non eadem/quia est ipsa/nec ipsa est
Eternam vitam mortis adepta bono.'

Secuntur versus 12 inscripti: 'Ouidius Methamorphoseos', qui incip.: 'Hec tamen ex aliis generis primordia ducit' etc.

Hos excipiunt praemisso tit.: 'Dantes' versus 6 lingua Italica exarati, hoc initio:

'Cossi per li gram (leg. 'gran') saui se confessa' etc.

et fine: 'E nardo. e mirra. sun (leg. 'son') le ultime phasce.'

(Hi versus, quibus tractatur de phoenice, leguntur Metamorphos. Lib. XV, v. 391—402 et Divina Commedia, Inferno canto XXIV, v. 106—111.) De hoc carmine cfr. Denis, I, col. 651 sq. Cod. CCVIII. (nunc cod. 717 nr. 4) et Bähr, op. cit. I, p. 465 sq. In codd. ms. maximam partem tribuitur Lactantio Firmiano (obiit a. 325.), alias Claudiano, aut Venantio Fortunato, aut Theodulpho Aurelianensi; de editionibus, quae operibus Lactantii aut Claudiani addi solent, cfr. Bähr l. l. p. 467 not. Inter plures Lactantii editiones nostrae bibliothecae has commemoraverim: Venetam 'per Sim. Beuilaquam papiensem' 1497. in fol. (Hain, nr. 9818), in qua carmen habetur f. 131^{b} sqq. tit.: 'Lactantii Firm. de phoenice carmina' et in calce adiecti sunt loci illi Ovidii et Dantis; Parisiensem ex recens. Nicolai Lenglet Dufresnoy, 1748, ap. Jo. de Bure in 4°, ubi T. II, p. 263—269 extat et inscribitur: 'Incerti auctoris phoenix Lactantio tributus'; Bipontinam 1786, 8°, in qua Vol. II, p. 435 sqq. legitur tit.: 'Lactantii Firm. ut creditur sive veteris cuiusdam poetae carmen de phoenice.' Codex in lectione non multum ab edit. Veneta, haud raro ab ed. Paris. laudd. discedit; calami menda non desunt. Variae lectiones, quas ex codice Vindob. 717 cit. collato cum editionibus Xysti Betuleji (Basil., 1563, 2.°) et Mich. Thomasii (Antverp., 1587, 8.°) dedit Lambecius, Comment. L. II, p. 788 sqq. (edit. Kollar. col. 601 sqq.) etiam (excepto v. 61, in quo noster codex habet 'lassum') leguntur in cod. Cremif. De aliis codd. ms. cfr.: Bandini, V, col. 612 in ind.; Hagen, p. 442 (cod. 527 nr. 14); St. Gall. Hdschr.-Cat. p. 312 (cod. 893 nr. 1, ubi inscribitur: 'Thopographia'); Tabb. codd. II, p. 360 in ind.: in cod. Vind. 717 adiecti sunt in calce versus Ovidii commemorati; iidem una cum Dantis

versibus procul dubio extant in cod. Vind. 3110 nr. 7, 8 (Tabb. codd. II, p. 198 sq.).

15, f. 157[a]—f. 175[b] *Daretis Phrygii historia de excidio Troiae.* Opus anepigraphum.

Praemissa est Cornelii Nepotis epistula ad Sallustium Crispum, quae incip.: '[C]Ornelius nepos Salustio Crispo (in marg. 'suo') Sa. p. d. Cum multa athenis curiose (corr. 'curiosus') agerem / inueni hystoriam *daretis phrigij* ipsius manu conscriptam' etc. Desin.: 'nunc ad pollicitum reuertamur.' Historia inc.: 'p]Eleus Esonem fratrem habuit' etc. Dividitur in capp. 33 numeris non signata. Des.: 'Andromacham et helenam (leg. 'helenum') mille ducenti huc vsque hystoria *daretis* prescripta est 1453 15 Marcy.' Ead. historia extat in cod. Cremif. 88 f. 85[a] sqq., in quo inscribitur: 'De destruccione Troye in frigia.' De hoc opere, quod sub nomine Daretis Phrygii circumfertur et e Graeca in linguam Latinam translata esse dicitur (cfr. epistulam fictitiam Cornelii Nepotis), unde varii medii aevi scriptores in poematibus de excidio Troiae exarandis, in primis Conradus de Wirceburgo in poemate de bello Troiano amplissimo saec. XIII. lingua Germanica conscripto hauserunt, vide: Teuffel, Gesch. d. R. Lit. 2. Aufl. (Lp., 1872.) p. 1070 sqq.; Bähr, II. (1869.) p. 108 sq.; Cholevius, Gesch. d. deutsch. Poesie I, p. 109 sqq.; Lindemann, Gesch. d. deutsch. Liter. 2. Aufl. (1869.) p. 142 sqq. Prodiit iam saepius saec. XV. partim separatim (Hain, nr. 5957—5962), partim una cum Dictys Cretensis historia Troiana (Hain, nr. 6156—6158): ceterum de editionibus cfr. Fabricium, Bibl. lat. Vol. II. (Hamburg., 1721, 8.°) p. 79 sqq. et Bähr, II, p. 297 not.; adde novissimam ex recens. Ferd. Meisteri, Lips., 1873, Teubner, 8.° Ad manum est Dictys Cret. et Daretis Phrygii editio in usum Delphini curante Lud. Smids, Amstelaed., ap. Georg. Gallet, 1702, 4°, in qua Daretis historia a p. 145 ad p. 177 extat. Codex 10 in textu consentit cum edit., sed variae lect. et calami menda permulta; codex 88 (capp. 4 constat) in capit. 3 med. textum breviorem exhibet: nam post verba: 'Achillem pectorosum', quae in editione paullo post initium cap. XIII. leguntur, residua c. XIII. pars deest in cod., qui (f. 88[a] lin. 15—17) nihil habet nisi Graecorum enumerationem, ceterum in textu, si varias lect. multas non respicias, cum edit. congruit; capitum divisione, quam editio in marg. exhibet, codices discrepant neque inter se concordant. Alios codd. ms. afferunt: Bandini, V, col. 570 in ind.; Hagen, p. 572 in ind.; Weis, Hdschr. zu Reun p. 20 (cod. 21 nr. 10); St. Gall. Hdschr.-Cat. p. 73 (cod. 197); Tabb. codd. I, p. 330, II, p. 339, III, p. 488 in ind. — Fol. 176[a] scriptura vacat.

16, f. 176b—f. 189a 'Incipit *liber Centonis editus a Proba Alipii uxore* Rubrica.'

Praemissa est praefatio prosaica ex Isidori Hispal. Origin. (Lib. I, cap. 38 fin., edit. du Breul) deprompta, in qua de centonum notione et de Proba tractatur. Incip.: 'c]Entones aput grammaticos vocari solent qui de carminibus homeri et virgilij' etc., desin.: 'similiter et de eneidis.' In marg. sinist. habetur nota fusior eiusdem fere argumenti ead. manu scripta, qua reliqua; inc.: 'Dicit Mammotrectus in prologo Biblie' etc., des.: 'Virgiliocentonas composuit *proba* vxor Adelphi est autem opus presens et continet 705 versus.' (de numero versuum vide infra). Praefat. prosaicam excipit praefatio metrica inscripta: 'Incipit prefacio in carmen *probe* Rubrica', hoc initio:

'i]Am dudum temerasse duces pia federa pacis
Regnandi miseros tenuit quos dira cupido' etc.

Carmen ipsum praemisso tit.: 'Inicium fabrice mundi' inc.:

'Principio celum ac terras camposque liquentes
Lucentemque globum lune / solisque labores

Constat cum praefat. (vv. 57) versibus 700, quorum vv. 365 posteriores 'carmen de euangelio' constituunt; v. 194 legitur f. 180a in marg. sup. Dividitur in capp. 49 (carmen de evang. capp. 30) numeris non signata, quibus tituli praemissi sunt. Fol. 182b habes hunc tit.: 'Carmen de euangelio eius (sic) *probe* / et primo de aduentu christi in carnem.'

Inc.: 'n]Vnc ad te . tua magna pater consulta reuertor
Maius opus moueo / vatum predicta priorum' etc.
Des.: 'O dulcis coniunx / et si pietate meremur
Hac casti maneant in religione nepotes.'
Subscriptum est: 'Finis / Deo Gracias.'

Marginibus ascripti sunt loci Virgiliani, unde hi centones petiti sunt. Idem carmen recenset Bandini, T. I, col. 723 §. VIII, T. III, col. 676 §. VII, col. 771 §. II; codicem Pal.-Vatic. affert Reifferscheid, 'Die römisch. Bibliotheken' (Wien. Sitzgsber. LVI, p. 552). De hoc carmine et de Proba poetria saec. IV. vide: J. Fontanini, De antiquitatibus Hortae (in Graevii Thesauro antiq. Italiae T. VIII, P. III, Lugd. Pat., 1723.) Lib. II, Cap. I. sqq. col. 69 sqq.; Aschbach, 'Die Anicier u. die römisch. Dichterin Proba' (Wien. Sitzgsber. LXIV, p. 400 sqq., p. 420 sqq.), qui verum nomen Aniciam Faltoniam Probam esse argumentis probavit; Bähr, op. cit. IV. (Supplem. I: Die christl. Dicht. u. Geschichtschr. Roms 2. Aufl., Carlsruhe, 1872.) p. 69 sqq.; Ebert, Gesch. d. Lit. d. Mittelalt. I. (Lp., 1874.) p. 120 sq.; Fabricium, Bibl. med. lat. II, p. 142 sqq.; de editionibus cfr. auctores laudd. et Fabricium,

Bibl. lat. II. (1721.) p. 305 sqq. Praeter editionem Bibl. max. PP. Lugdun. V, p. 1219—1227 ad manum sunt duae editiones: altera inter 'Homerocentra' etc. (Graece et Latine), 'Francofurti ex Officina Petri Brubacchii .. M. D. XLI', 8°, ubi a p. 241 ad p. 272 extat et inscribitur: 'Probae Falconiae .. centones h. e. Carmen ex diuersis Virgilii uersibus .. consarcinatum, continens descriptionem veteris et noui testamenti', altera eod. tit. inter 'Elegantes variorum Virgilio-Ovidio-Centones' etc., Monaci, 1617, 8°, ubi p. 8 sqq. legitur, quae duae editt. posteriores in textu eiusque ordine et divisione inter se consentiunt; itaque, quae de edit. Francofurt. dicam, de Monacensi quoque intelligendum est. Editio Francof. continet versus 694 (nov. testam. vv. 361), Bibl. PP. vv. 691 (nov. test. 356), codex vv. 700 (nov. test. 365), Aschbach numerat vv. 719; in utraque edit. praeter praefat. prosaicam desunt hi codicis versus:

v. 44: 'Terrarumque animeque maris celique fuissent'
v. 194: 'Quo uitam dedit eternam cum mortis adepta est'
v. 225: 'Nunc vbi vix multa latitantem noscit in vmbra'
v. 465: 'Postquam altos ventum in montes eterna potestas'
v. 466: 'Jura dabat legesque viris secreta parentis'
v. 467: 'Spemque dedit dubie venti (sic) curasque resoluit'
v. 468: 'Conspicit ecce alios dextra leuaque frementes'
v. 584: 'Sol ruit interea et montes vmbrantur opaci.'

(versus 44 idem fere est atque Ecl. VI, 32; v. 467 conflatus est Aen. IV, 55 et Georg. I, 302; v. 584 legitur Aen. III, 508; vers. 465, 466, 468 conferri possunt cum Aen. X, 18, I, 507, VI, 486; de reliquis nihil repperi.) Codicis v. 85 primo verbo excepto idem est ac v. 89 (= v. 88 ed. Franc., 89 Bibl. PP.); in codice desiderantur vv. 71, 150, 672 edit. Franc. (= vv. 72, 152, 678 Bibl. PP.); et in cod. et in edit. Franc. non habentur Bibl. PP. vv. 61, 107, 593, 599—601, sed in Bibl. PP. desunt versus 9, qui in cod. et in ed. Franc. sunt postremi. Ordo versuum passim variat: nam edit. Franc. vv. 108—110; 292, 293; 320, 321; 598—607; 645—655; 683—685 (= Bibl. PP. vv. 110—112; 294, 295; 322, 323; 604—613; 651—661; 689—691) sunt codicis vv. 110, 109, 111; 295, 294; 323, 322; 643—649, 658 - 660; 642, 661, 650—657, 662; 691, 689, 690; ceterum versus eorumque ordo concordant, sed codex varias lect. multas et calami menda haud pauca exhibet. Codex in divisione capp. et titulis haud raro differt ab editt. Franc. et Bibl. PP., quae non ubique inter se conveniunt. In nostro cod. (et in editt. laudd.) non extant versus illi (incip.: 'Romulidum ductor, clari lux altera solis' etc.) Honorio Augusto dedicati, qui in nonnullis codd.

leguntur in fronte carminis Probae (cfr. Bähr, l. l. p. 72 not. 8) et falso in plerisque editt. Seduliani operis paschalis subiciuntur prologo, ex. gr. Bibl. max. PP. Lugd. VI, p. 459 sq. Probae eiusque carminis mentio quoque fit in Georgii ad Isotam Nog. epistula, quam habes sub nr. 66. — Fol. 189[a] pars inferior et fol. 189[b] vacant.

17, f. 190[a]—f. 202[b] *'Jesuida Hieronimi de vallibus paduani/Ad Re[mum] in christo patrem et dominum. d. petrum Regie urbis padue presulem dignissimum/dominum suum colendissimum.'* Hic tit. litteris minoribus scriptus est.

Carmen Petro Donato, Episcopo Patavino, dedicatum est; constat versibus 505 hexametris. Incipit praemisso tit.: 'Inuocacio ad deum optimum maximum':

'm]Axime celicolum supera qui celsus in aula
Eterno imperio superes fortique tridente' etc.

v. 493: 'Presulis alta sui nec finem versibus addant.'

Secuntur versus 12, quibus praemissus est tit.: 'Jhesus in cruce clamat ad animam.'

Inc.: 'Dulcis amica veni/ihesumque auersa vocantem' etc.

Des.: 'Brachia aperta dedi/frontem quoque (leg. 'que') ad oscula flexi.'

Subscriptum est: 'Finis adest.'

Ead. manu, sed litt. minoribus passim glossae et in margine et inter lineas ascriptae sunt. Idem carmen extat in cod. Cremif. 374 f. 180[a] sqq., qui versus 457 tantum praebet. In nostra bibliotheca asservatur vetusta variorum carminum editio in 4.° 'Vienne Pannonie per Joan. Singrenium Expensis vero Leonhardi Alantse... Anno M.CCCCC.XV.' impressa, in qua hoc carmen legitur a fol. 1[b] ad f. 10[b] et inscribitur: 'Hieronymi Paduani de Christi passione Carmen Jesuida nuncupatum' etc. Codex 10 in versuum numero cum edit. congruit, cod. 374 vero in his ab edit. differt: edit. vv. 139, 420, 448, 460—505 desunt, edit. vv. 281—283 constituunt versus 4 (280—283), v. 445 (= edit. v. 459) truncatus est. Edit. vv. 429—440 in utroque cod. habentur in fine; ed. vv. 165, 166 et 241, 242 in cod. 374 leguntur inverso ordine. Codicis 10 lectio haud raro, cod. 374 saepe ab edit. discedit; codex 374 multis calami mendis foedatus est. Hieronymus Vallis s. de Vallibus, Vallensis, eques, medicus et poeta eximius Patavinus, vixit saec. XV. Cfr. de eo eiusque operibus: Fabricium, III, p. 250; Ersch u. Gruber, Encycl. d. W. u. K. II. Sect. VIII, p. 94, qui eius 'Jesuidam' commemorant. De aliis codd. ms. cfr. Tabb. codd. II, p. 352, III, p. 510 in ind.; St. Gall. Hdschr.-Cat. p. 537 in ind. — Fol. 203 et 204 integra carent scriptura.

18, f. 205[a]—f. 214[a] *Fratris Apollonii Bianchi Placentini Ord. Min. De vitae pauperis praestantia liber.*

Inscriptio: 'Ad excellentissimum patrem dominum Gerardum Landrianum Card. Cumensem/Fratris *Apollonii Bianchi* Placentini fratrum minorum minimi/De vite prestancia liber incipit/feliciter.'

Prohemium incip.: '[I]Nter omnia officia que ex officina virtutum proficiscuntur. nullum fore dignius a summa auctoritate iuris accepi' etc. Desin.: 'fatigatam mentem permulcebit.' Sequitur subscriptio: 'Explicit prohemium de prestanti vita.' et tit.: 'Opusculum incipit feliciter.' Initium: '[S]Epe numero admirari solebam/quum in scolis gimnasiisque philosophorum adolescentes audirem' etc. Finis: 'Pauperes diuitibus extitisse clariores.' Subscriptum est: 'Fratris *Apollonii Bianchi* placentini. De vite pauperis prestancia libellus Finit.'

Est apologia vitae pauperis et praecipue Ordinis Minorum. De auctore cfr. Waddingum, Annal. Min., ad a. 1450, edit. II, T. XII. (Rom., 1735.) p. 75, qui auctorem 'Fratrem Apolonium de Blanchis Placentinum Ord. s. Francisci de Observantia' excellentem praedicatorem verbi Dei laudat eumque narrat Cuneum, civitatem in Pedemontana regione, venisse, ibid. maximo cum successu conciones habuisse, deinde Romam versus iter direxisse, inde in Lombardiam regressum Bobii obiisse et pro beato a populo coli; ceterum de eo eiusque operibus, quorum complura in nostro cod. sub nr. 18—24 extant, apud rei litter. auctores nihil repperi. Nostri cod. nr. 18, 19, 21 quoque habentur in cod. Pal. Vind. 12814 nr. 5, 1, 2 (Tabb. codd. VII, p. 150). De Ger. Landriano, Card. Cumensi, vide infra nr. 33.

19, f. 214[a]—f. 216[b] *Eiusdem ad principem Leonellum Estensem oratio.*

Inscriptio: 'Ad dominum principem ac Marchionem Clarissimum diuum Leonellum Estensem/Fratris *Apollonii Bianchi* placentini ord. minorum minimi. Oratio incipit.'

Incip.: 'Magni ac excellentis ingenii quo mihi carere videor munus hodierno die suscepi' etc. Desin.: 'Ceterum eciam glorie sempiternus decor et immortalis vite simul cum presencium posterorumque omnium congratulacione felici consequantur' (sic). Est panegyricus Leonelli Estensis; in cod. Vindob. laud. recte inscribitur: 'Commendatio principis .. ad Leonellum Estensem.' Leonellus, Marchio Estensis et Ferrariensis, patri Nicolao III. a. 1441. successit, vir litteris deditus et Guarini Veronensis fautor, obiit 1450. (cfr. Zedleri Univers. Lex. Th. VIII, col. 1975 sub voce 'Este'). — Nr. 18, 19 marginibus passim argumenta brevissima ascripta sunt.

20, f. 216[b]—f. 217[a] *Eiusdem ad eundem epistula.*

Incip. tit.: 'Diuo Leonello Estensi Frater *Apollonius* Salutem plurimam dicit' praemisso: 'Et si eo/glorie res tue peruenerint optime princeps ac Marchio clarissime. ut omnium fere ore ac sermone. tuum nomen predicetur' etc. Desin.: 'Quemadmodum et feci nuperrime et sepissime faciam Vale decus principum Ex ede diui francisci pridie kal. febr.' Videtur esse dedicatio vel praecedentis vel alius operis panegyrici.

21, f. 217ª—f. 218ª *Eiusdem ad Anthonium Centurium epistula.* Praemisso tit.: 'Frater *Apollonius* Anthonio Centurio S. p. dicit' incip.: 'Ego multos homines mi Antoni liberali animo fuisse ac ipsius munificencie officiis prope singularibus et claros et excellentes extitisse fateor' etc. Desin.: 'vale et me tibi amicum persuade/Ex ede diui francisci pridie ydus octobris 1444.to' Agitur praecipue de notione verae liberalitatis. Anthonius Centurio fortasse ortus est ex familia 'Centurio' postea Genuae clarissima (cfr. Zedleri Lex. V, col. 1838).

22, f. 218ª—f. 219ª *'Fratris Apollonii Funebris oratio.'* Incip.: 'Cum multe res sint quas quique mortales expetere solent ut immortale nomen eternumque consequantur' etc. Desin.: 'Itaque ut finem dicendi faciam patres excellentissimi et splendissimi viri pro tam singulari.. officio tum ipsius defuncte familia progeniesque tota/tum maxime clarissimus eiusdem coniunx francischinus vna cum fratre suo domino Auromo centurio (?) viro spectatissimo vobis per me gracias et quidem magnas atque ingentes.... agunt et habent quam accumulatissime.' Habita est Vercellis in funere nobilissimae matronae Catharinae, uxoris cuiusdam Francischini.

23, f. 219ª—f. 221ª *'Eiusdem fratris Appolloni funebris oratio* incipit.'

Incip.: 'Quamquam vite presentis tanta. tamque dulcis iocunditas apparet optimi patres.. vt omne animancium genus naturali impulsu pro ea tuenda seruandaque pericula queque subeat' etc. Desin.: 'tota simul familia etc Clarissima atque maxima dignitati.. omnium vestrum gratias.. maximas pro summa beniuolentia quam in honestando huiusce optimi patris funere declarastis non dico agit et habet Sed eciam certe (?) habitura est.' Habita est in funere fratris de D. Ordinis Min., ex nobili genere orti.

24, f. 221ª—f. 222ª *'Eiusdem fratris appollonij funebris oratio* incipit.'

Incip.: 'Et si humanarum rerum ea sit condicio vt quitquid nascatur intereat tamen haut certe dubito' etc. Desin.: 'sic et nos demum consequi possimus prestante domino.. nostro ihesu christo qui semper et sine fine viuit et imperat amen.' Sub-

scriptum est: 'Explicit feliciter.' Habita est in funere cuiusdam nobilis civis.

25, f. 222ª—f. 228ᵇ *'Viri patricij Leonardi Justiniani Veneti Oratio in funere Caroli Zeni conciuis sui habita.'*

Incip.: 'Maximum et amplissimum munus Illustrissime princeps hodierno die ad me delatum video' etc. Desin.: 'sed imitacione quoque ac opere declaremus.' Subscriptio: 'Finis.' Edita est teste Fabricio Venetiis a. 1492. in Fol. una cum Leon. Justiniani epistulis quibusdam et filii Bernardi orationibus; ad manum sunt duae editiones posteriores: altera ap. Martene et Durand, Vett. scriptt. collect. T. III. (Par., 1724.) col. 743 sqq. tit.: 'Leon. Justiniani oratio parentalis de divo Carolo Zeno', altera eaque accuratior ap. Muratorium, Rerum Ital. scriptt. T. XIX. (Mediol., 1731.) col. 373—380, ubi inscribitur: 'Funebris oratio .. Leon. Justiniani pro Carolo Zeno'; in fine huius edit. legitur: 'Acta .. MCCCCXVIII. Octavo Idus Maji ad populum in aede Mariae Coelestis Venetiis.' In nostro cod. paullo post initium desunt post verba: 'florentissima modo nostra' ex errore scriptoris verba: 'Respublica — aetas nostra', quae in editt. laudd. lineas 4 constituunt, reliquus cod. textus concordat, sed varias lectt. haud paucas et calami menda multa exhibet. Vita Caroli Zeni, Patricii Veneti et de patria meritissimi ducis, (mort. a. 1418.) auctore Jacobo Zeno, eius nepote, Feltrensi et Bellunensi, postea Patavino episcopo, legitur ap. Muratorium, l. l. col. 207 sqq. Leonardus Justinianus (Giustiniani), Patricius et Procurator Venetus, discipulus Guarini Veronensis, obiit a. 1446. De eo eiusque operibus cfr.: Fabricium, IV, p. 209 sq.; Ger. Jo. Vossium, De historicis Lat. (Francof., 1677, 4.°) p. 552; Apostolo Zeno, Dissert. Vossiane T. I. (1752.) p. 48 sqq.; Oudinum, III, col. 2385 sq., qui nostram orationem commemorant. Duo orationis codices ms. extant Vindob. (cfr. Tabb. codd. II, p. 359 in ind.), alia eiusd. auctoris opera ibid. (Tabb. IV, p. 375 in ind.).

26, f. 228ᵇ—f. 230ª *Guarini Veronensis ad Albertum de Sala epistula.*

Titulus: *'Gwarinus veronen.* Clarissimo equestris Ordinis Alberto De Sala S. P.' Incip.: 'Lucultutam (sic; leg. 'Luculentam') illam iustiniani nostri orationem in Caroli funere habitam tibi missurum me pridem pollicitus sum' etc. Desin.: 'Tu vale et domino meo Magnificentissimo D. Marchioni me commissum facito Venecijs kalendas iulij 1418 Finis.' Guarinus Veron. ad Albertum de Sala (fortasse Ferrariam) orationem Leon. Justiani (cfr. supra nr. 25) mittit eamque summis laudibus extollit. Guarinus (Guarino), ex nobili familia Guarina a. 1370. natus Veronae, unde Veronensis dictus, Emanuelem Chryso-

loram Constantinopoli audivit, deinde Graecas et Latinas litteras docuit Florentiae, Venetiis, Veronae, Tridenti, Ferrariae, inter humanistas quos vocant praeclarus, obiit Ferrariae 4. Decemb. 1460. De eo eiusque operibus vide: Ersch u. Gruber, I. Sect. XCVI, p. 24 sqq.; Fabricium, III, p. 119 sqq.; Vossium, De hist. Lat., edit. l. p. 584 sq.; Apost. Zeno, Dissert. Voss. I, p. 213 sqq.; Jac. Burckhardt, Cult. d. Renaissance in Ital. 2. Aufl. (Lp., 1869.) p. 166 sq. Ead. epistula extat in cod. Vind. 12814 nr. 3 (Tabb. codd. VII, p. 150), ubi eadem dies legitur loco non ascripto; ad eand. epistulam videtur pertinere fragmentum 'Ex epistola Guarini Veron. inedita' etc. ibid. cod. 6688 nr. 1 (Tabb. V, p. 51).

27, f. 230[a]—f. 236[b] *Leonis Baptistae Alberti Canis.*

Titulus: '*Leonis Baph.* (sic) *Alber.* Canis/Incipit.' Initium: 'Erat in more apud maiores nostros viros omnium bonarum arcium cognicione et in primis disciplina morum sanctissimorum et religione prestantissimos' etc. Finis: 'Vale igitur Canis atque esto quantum in me sit. prout tua expetit virtus immortalis.' Secuntur duae notae, in quibus de canibus agitur: altera incip.: 'Canum vero tam fida custodia tamque amans dominorum adulacio' etc. et desin.: 'quid signat aliud nisi se ad commoditates hominum esse generatos?', altera, quae inscribitur: 'Valerius maximus li. 9. c. 13. de his qui exquisita custodia usi sunt quibus domestici suspecti fuerunt', incip.: 'Massimissa (leg. 'Massinissa') rex parum fidei in pectoribus hominum ponens' etc. et desin.: 'si ad hec tuenda nihil latratu canino aut morsu valencius duxit.' (De priore nota cfr., quae ad nr. 35 dixi; altera ad verbum legitur ap. Valerium Maximum l. l.) Auctor describit iocose vitam et mores canis sui. Leo Baptista Alberti, patria Florentinus, natus a. 1398. vel 1400, Canonicus ecclesiae maioris (S. Maria de' Fiori) Florent., architectus clarissimus et poeta, obiit circa a. 1483. Cfr. de eo eiusque operibus: Ersch u. Gruber, I. Sect. II, p. 361 sq.; Burckhardt, Cult. d. Renaiss. p. 110 sqq.; Joecher, I, col. 196; Gesnerum, Bibl. univ. fol. 18[a] sub voce 'Albertus Florentinus.' Eiusdem 'Canis' habetur in codd. Pal. Vind. 3420 nr. 8 et 12814 nr. 4 (Tabb. codd. II, p. 284, VII, p. 150); de aliis eiusdem operibus vide: Bandini, V, col. 476 in ind.; Tabb. codd. II, p. 320 in ind.; Hagen, p. 79 (cod. 52 nr. 4). — Nr. 22 (inde a f. 218[b] lin. 13), nr. 23—26, 27 (ad f. 233[b] lin. 16) ad aliam manum parum diligentem pertinere videntur, quam praecedentia; nr. 26, 27 marginibus passim argumenta breviss. ascripta sunt ead. manu, qua nr. 1—21.

28, f. 236[b]—f. 238[a] '*Guarini Veronen. post Nouiciam Theobaldi missam. inter conuiuantes habita oratio*/Incipit.'

Incip.: 'Circumspicio princeps Illustrissime et diligencius animaduerto/quid nam hoc loci et excellentissimorum hominum coniectu constitutus potissimum collaudem' etc. Desin.: 'quando vestri preclari facti memoriam cum honore et laudibus semper excipient anni consequentes.' Habita est Ferrariae coram quodam principe et Marchione Estensi (fortasse Leonello); ille Theobaldus, ut ex ipsa oratione patet, 'ex clara et generosa Costabilium familia' ortus est. De auctore modo dixi ad nr. 26.

29, f. 238$^{a b}$ *'Plutarchus ad ducem indoctum.'*

Incip.: 'Platonem Cyrenei precibus sollicitarunt/ut leges ab se scriptas illis relinqueret' etc. Tractatulus mutilus est, desinens in haec verba: 'non fidie sculptura non policleti. non mironis. sed ipse sese deo similem virtute constituit.' Hoc opusculum, quod e lingua Graeca in Latinam versum est, passim inscribitur 'De principe indocto' vel 'De doctrina principum' vel 'In principe requiri doctrinam' vel 'Quid principem deceat.' Versio Latina per Rainuccium Castilionensem a. 1431. confecta, quae ex. gr. extat in cod. Laurent. (cfr. Bandini, III, col. 400 sq.) a nostra paullum differre videtur; editiones Plutarchi, ex. gr. Basil. a. 1514. 4.° et Paris., editore Didot, 8.°, ubi opusculum 'Ad princip. ineruditum' habetur Vol. IV. (1841.) p. 952—956 Graece et Latine, cum codice re, non verbis concordant; leguntur autem verba codicis postrema in edit. Paris. p. 954 lin. 2; itaque in codice tertia fere pars extat. Plutarchus, Choroneae in Boeotia circa a. 50. natus, obiit circa a. 120. De eo eiusque operibus vide Fabricium, Bibl. graeca Lib. IV. (Hamburg., 1717, 4.°) p. 329 sqq. et Rudolf Nicolai, Griech. Literaturgesch. 2. Aufl. Bd. II. (Magdeb., 1876, 8.°) p. 537 sqq. p. 641 sqq., qui opusculum 'Ad princip. ineruditum' commemorant.

30, f. 238^{b}—f. 240^{a} *'Oratio Nupcialis* Incipit.'

Incip.: 'Maiores nostri qui res cunctas bene ac sapienter administrarunt Magnifici presides.. morem hunc in nupciis orandi summa cum ratione instituerunt' etc. De familia sponsi habes haec (f. 239^{b} med.): 'Tantus est enim eius (i. e. generis) splendor et gloria/tam illustris hec familia est ut in ea militaris dignitas tametsi magno ubique honore habeatur/pro minima tamen habita sit/Sunt enim hii proceres a sempiterna retro hominum memoria trium castellorum domini. Et plenissima meri ac mixti/imperii potestate gloriantur/Ex hoc nobilissimo genere innumeri equestri (sic) ordinis viri prodiere.. De clarissimis bellorum ducibus dicendum foret si tempus pateretur/quos splendidissima hec familia edidit.. Duo tantum exempli loco. magnanimitatis et virtutis.. monimenta referam. B. strennuus ac magnanimus huius familie vir/qui sepius instructa acie victor

dimicauerat/cum maximus Theutonicorum exercitus patriam obsideret/ad sacrosancte Acquileg. ecclesie internicionem omnium primatum consensu imperator designatus ita Barbaros homines fudit dissipauitque ut vix vnus ex clade superstes inueniretur... Alius item eiusdem generis vir/de insigniis (sic) et armis ut est nobilium consuetudo. cum nobili quodam ac fortissimo homine in concionem uenit Cumque in italia ad duellum nullibi campus daretur/in Achaiam usque consenserunt ibique concedente soldano eodemque iudice.. victoriam potitus est' etc. De familia sponsae haec (f. 240[a] lin. 8 sqq.): 'Eius tamen nobilitati et glorie.. sponsa nostra nequaquam inuideat Siquidem et genus suum ab dicione montis regalis nobilis eiúsdem patrie opidi cognominatum/pari et antiquitate et auctoritate et virorum claritate fulget et illustratur/Siue enim equestri (sic) ordinis viros siue iurisconsultos querimus in hoc genere omnia virtutis exempla inueniemus/Adest huius regalis familie hoc tempore princeps Conradus iurisconsultus princeps prestantissimus/cuius eloquencia et sapientia cetereque virtutes eximie ita in aperto atque omnibus admiracioni sunt/vt regalis ubique vir.. iudicetur' etc. Desin.: 'super omnia vobis optamus ut duo concordes anima viuatis. in vna.' Habita esse videtur Aquileiae. Fol. 240[b] vacat scriptura.

31, f. 241[a] (alia manu, ut videtur) *Leonardi Aretini ad Antonium Cremonensem epistula.*

Titulus: '*Leonardus Aretinus* Antonio Cremone Salutem.' Incip.: 'Cum prestantissimus laudensis episcopus me tuo nomine litteris flagitasset' etc. Desin.: 'Hec abste audire cupio ac super hiis responsum expecto/vale florentiae III. kalendas decembris 1435.' Auctor quaerit ex eo, quibus de causis 'mediolanum populi sui numerosam magnitudinem' servaverit. Bandini, Cat. bibl. Laur. T. III, col. 665 sqq. recenset codicem ex biblioth. Gaddiana translatum, qui continet Leon. Aretini epistulas CXXXV, eumque confert cum edit. epistularum Aretini duobus in 4.° voll. Florentiae, MDCCXLI, curante Laur. Mehus impressa, quae edit. ad manum non est. In cod. laud. nostra epistula est nr. CV. diverso tamen fine, in edit. cit. Lib. VII, Ep. V. Leonardus Aretinus, proprie Leonardus Brunus, natus circa a. 1369. Aretii (Arezzo), unde Aretinus dictus, inter humanistas quos vocant praeclarus, Colucii Salutati et Emanuelis Chrysolorae discipulus, sub Pap. Innocentio VII, Gregorio XII, Alexandro V. et Joanne XXIII. magister epistularum (Segretario de' Brevi), deinde Cancellarius (Segretario) reipublicae Florentinae, ibid. obiit 1444. De eo eiusque operibus cfr.: Fabricium, I, p. 290 sqq. sub voce 'Brunus'; Oudinum, III, col. 2386 sqq.; Cave, II, Append. p. 122 sq.; Vossium, De hist. Lat. p. 556 sqq.; Apost. Zeno, Diss. Voss. I, p. 82 sqq.

32, f. 241^{b}—f. 242^{b} (ead. manu) *Eiusdem ad Gerardum Landrianum, Cardinalem Comensem, epistula.*

Titulus: '*Leonardus aretinus* S. Landriano Cardinali Comensi.' Inc.: 'Si tempora me non impedissent Re^{me} pater' etc. Des.: 'a me plurimum amari Vale.' Cardinali de accepta dignitate gratulatur eumque docet, non 'Comanus' sed 'Comensis' dicendum esse. In cod. Laur. cit. est nr. CXVII. anepigrapha, in edit. Lib. VIII, Ep. VII. ead. inscriptione, qua in nostro cod.

33, f. 242^{b}—f. 244^{b} (ead. manu) *Gerardi Landriani, Cardinalis Comensis, ad Leonardum Aretinum epistula.*

Titulus: '*Gerardus Landrianus* Cardinalis Comensis Leonardo Aretino viro insigni Salutem.' Incip.: 'Ego illud mi Leonarde semper calamitosis/condicionibus rerum nostrarum tribuendum censui quod ad me hiis forte temporibus venire distulisses' etc. Desin.: 'Accedit ad hoc longa inter nos amicicia que tantum mihi confidentie tribuit ut si parum considerate scripsisse me accusaueris me quoque uel ingentis ex hoc erga te beniuolentie et caritatis que amicum tuum inpudenciorem (f. 244^{b}) quem (sic; leg. 'quam') expediret fecit/commendem necesse est. vale decus Nostrum.' Cardinalis respondet, gratias agit et rogat, ut accuratius se doceat de illis vocabulis 'Comensis' et 'Comanus.' Gerardus Landrianus, patria Mediolanensis, Episcopus Laudensis (Lodi ad fluvium Addam), deinde episc. Comensis (Como) et Presbyt. Card. S. Mariae Transtiberim tituli Callisti, a. 1432. concilii Basileensis legatus ad Henricum VI, regem Angliae, obiit Viterbii 1445. De eo cfr.: Zedleri Lex. XVI, col. 446, XVIII, col. 144; Ciaconium, col. 1134; Fabricium, III, p. 42, qui tamen nihil habent de hac epistula, neque eam apud alium inveni. In cod. Vindob. 4975 nr. 19 extat: 'Eberhardus (sic) Landriani episc. Laudensis, Oratiuncula nomine Concilii Basileensis ad Universitat. Coloniensem habita' et ibid. nr. 20 Eiusdem 'Oratio ad regem Angliae Henricum VI. a. 1432. habita' (Tabb. codd. III, p. 459).

34, f. 244^{b}—f. 246^{b} (ead. manu) '*Leonardus aretinus Excellentissimo domino Gerardo landronensi Cardinali Comensi.*'

Incip.: 'De Ceteris quidem omnibus excellentissime pater' etc. Desin.: 'Comenses dicere maluerunt quam Comanos/Vale cum laude omnipotentis ihesu//In noua ciuitate. 1455to 13 die Januarii.' Aretinus respondet et sententiam, non 'Comanus' sed 'Comensis' dicendum esse, argumentis probat. In cod. Laur. l. est nr. CXVIII. anepigrapha, in edit. Lib. VIII, Ep. VIII; sed locus et dies, quae noster codex exhibet, aperte falsa sunt neque inveniuntur in cod. Laur. et in edit.

35, f. 246^{b}—f. 247^{a} (ead. manu, qua nr. 1—21) *Bronii ad Cathelanum quemdam epistula consolatoria.*

Titulus: '*Bronius* / Cathalane (sic) Salutem.' Incip.: 'Dulcissimam filiolam amisimus speciosissimam dorotheam ymo vero immatura morte si iuste credimus et religiose sentimus / non amisimus eam sed in patriam premisimus' etc. Desin.: 'Quibus omnibus te hortor et moneo Cathelane mi ut mortem filie nostre que triduane febris igniculo dissoluta est equo animo perferas / Reliqui liberi nostri valent et parentes sani sunt.. Benefactori nostro Francisco clarissimo me firmiter recommenda Butrii 24 octobris 1430.' Ead. epistula extat in cod. Vindob. 3420 nr. 9, sed initium ('Canum vero tam fida custodia' etc.), quod in novo catalogo (Tabb. codd. II, p. 284) legitur, plane falsum est; nam illa verba prorsus inepta ad epist. consolatoriam optime quadrant ad notam opusculo Alberti 'Canis' in fine subiunctam, quod in cod. Vind. proxime praecedit (cfr. supra nr. 27). De auctore, qui in nostro cod. Bronius, in cod. Vind. Bornius nominatur, apud rei litter. auctores nihil repperi. In cod. Vindob. 5217 nr. 1, 6 (Tabb. codd. IV, p. 61) extant duo opuscula Bornii de Sala, qui fortasse idem est ac noster.

36, f. 247ª *Eiusdem ad Richardum quemdam epistula anepigrapha.* Incip.: 'Sepe mecum illud dixi Richarde vir clarissime / inter tot tamque precipites nostre ciuitatis casus felix terque quaterque felix / qui potuit mundi blandicias / illecebras / superare' etc. Desin.: 'Et ne accusandi studio mundi dei creaturam *Bronius* tuus dimittat penitus illaudatam / sed parcendo sibi mitius secum agat / Mundus est uia mortalium.. Suppeditator est abundantissimus voluptatum Plato in Gorgia. mundum a mundicia dicit id est. congruitate et consonancia elementorum conuenientissime nominatum / Reliqua in ocio attencius latissime conferemus.' Agitur de miseriis mundi. Nullibi huius epistulae mentionem inveni. — Nr. 30, 32, 34, 36 marginibus passim argumenta breviss. ascripta sunt.

37, f. 247ᵇ *Leonardi Aretini ad Omnibonum epistula.* Titulus: '*Leonhardus Are.* Homibono suo. S. p. dicit.' Inc.: 'Solent qui errati veniam petunt' etc. Des.: 'qui pre uerecundia preteriti erroris magis quotidie errare perseuerant. Vale.' In cod. Laur. l. est nr. CXXXIII, in edit. Lib. X, Ep. IV, in quibus inscribitur 'Panagatho'; extat quoque in codd. Laur. (Bandini, III, col. 634 §. IX. et col. 647 §. XIX.), quorum prior inscribitur 'Coluccio Salutato.' De Omnibono Leoniceno, inter humanistas quos vocant saec. XV. claro, cfr. Fabricium, V, p. 164 sq.

38, pag. ead. *Eiusdem ad Nicolam quemdam epistula.* Titulus: '*Leonardus* Nicole suo. S.' Inc.: 'Laurencio quem mihi per tuas litteras' etc. Des.: 'Dij perdant illum / Tu vale.' In cod. Laur. nr. XXXIX, in edit. Lib. III, Ep. II, in quibus inscribitur 'Nicolao.'

39, f. 247b—f. 248b *Eiusdem ad Poggium epistula.*
Titulus: '*Leonardus Aretinus* Pogio. S.' Incip.: 'Res protinus risu digna nuper mihi occurrit' etc. Desin.: 'hec tui sepulcri vanitas et ambicio exhiberet.' Narrat, Bartholomaeum quemdam Montepolitianum Aretii marmoreum sepulcrum sibi exstrui jussisse. Explicat, quid de monumentis sentiat. In cod. Laur. nr. XCI, in edit. Lib. VI, Ep. V; extat quoque in altero cod. Laur. (Bandini, III, col. 634 §. VII.) et in cod. Vindob. 3420 nr. 46 (Tabb. codd. II, p. 286). De Poggio Bracciolino, Cancellario reipublicae Florentinae claro, mort. a. 1459. vide: Fabricium, V, p. 305 sqq.; Vossium, De hist. Lat. p. 548 sqq.; Apost. Zeno, Diss. Voss. I, p. 36 sqq.

40, f. 249a *Eiusdem ad Guarinum Veronensem epistula.*
Haec epistula non extat in cod. Laurent. cit. neque alibi a me reperta est; itaque integram exscribendam duxi: '*Leonardus Aretinus.* Guarino S. p. dicit.' 'Si vales bene est. Ego quidem valeo Canitellum sese mihi dedentem. ex antiqua formula suscepi/tu autem fuisti tanquam pater patratis Ago igitur tibi gratias ingentes pro singularisissimo lucro quod a te mihi comparatum est. Neque enim cum suauitate amici thesaurum ullum conferendum (sic)/nec tu magis illum mihi. quam me illi comparasti. Siquidem reciprocus amor est/et amantes non possumus non amare/Cum inhumanissimum sit non respondere in amore hiis a quibus prouocere/Tu uale vale et me splendidissimo Leonello commendatum facias. iterum vale.' Epistula Ferrariam missa esse videtur.

41, ead. pag. *Eiusdem ad Nicolam quemdam epistula.*
Titulus: '*Leonardus.* Nicole S.' Inc.: 'Veni Aretium kalendis ipsis decembris' etc. Desin.: 'quid agendum mihi sit statuere possitis. Vale.' In cod. Laur. l. est nr. XLI. et iterum nr. XCIX, in edit. Lib. III, Ep. IV, ubi inscribitur 'Nicolao'; in nostro cod. desunt locus et dies: 'Arretii II. Non. Dec.'

42, f. 249a b *Episcopi Senensis ad Johannem, Episcopum Varadiensem, epistula, qua Johannem Tröster illi commendat.*
Incip.: 'Reuerentissimo in christo patri ac domino/domino Johanni Episcopo Waradiensi et inclite regni Bohemie Cancellario Episcopus Senen. S. p. dicit Bene tecum actum est cui commendare plures necessum est. potes enim prodesse plurimis' etc. Paullo post initium haec: 'Quod si mee preces apud te aliquando valuere. nunc maxime ut hee ualeant opto/quas pro Johanne Tröster clerico Salzeburgen. dioc. ad te porrigo/Is est vita bona et moribus venustis/ingenio florido/et animo liberali/amat humanitatis litteras/Cupitque illis ad summum imbui/propositum eius excludit inopia... Confugit ergo ad tuum presidium.. Seruiet tibi summa fide si eius dignabere famula-

tum accipere/Eritque tua in cancellaria non ociosus/Fuit hic aliquando inter preceptores gloriosi regis Ladislai/secundumque post Gasparem locum habuit... At cum malum fatum Gasparis oppressit statum/hic eciam cecidit/non quia uel particeps uel conscius eorum esset que actitauit Gaspar/sed quia vnius arboris ruina raro sola est Recognoscet eum regia sublimitas ut primum videbit..ipse quoque tue prestabilitati erit non inutilis/pro ea que sibi est cum rege vetusta consuetudine (f. 249^{b}) Poteris eum nonnunquam ad regem mittere/eiusque obsequio non incassum uti' etc. Post pauca: 'Is primo congressu subagrestis uidebitur/Neque enim ad modum prompto sermone est/pronunciatque more teutunico crassius et morosius. Attamen scripta eius videris et ingenium et doctrinam probabis' etc. Desin.: 'Sed cum tu rite teneas Mecenatis locum/et hic oracii personam non inepte gerat solus ego comparacioni vaco qui nimis a Marone disto Vale et viue optime Ex noua civitate vlt. iulii/Anno etc LIIII.^{to}' (i. e. 1454). Auctor haud dubie est *Aeneas Sylvius Piccolomini* (Papa Pius II.), ab a. 1449 ad a. 1456. episcopus Senensis, de quo supra dixi cod. 4 nr. 24. Inter Aeneae Sylv. epistulas familiares Nurembergae per Ant. Koburger a. 1481. in Fol. impressas (Hain, nr. 151) complures extant ad Johannem, Episcop. Varadiensem, missae, sed nostra epistula ibid. deest; desideratur etiam ap. Georg Voigt in dissert.: 'Die Briefe d. Aen. Sylv. vor seiner Erheb. auf d. päpstl. Stuhl' etc. (Archiv f. K. oe. Gesch.-Qu. XVI, p. 321 sqq.). Aeneae Sylv. ad Joh., Episc. Varadiensem, epistula 'Ex Nova Civitate XV. Kal. Aug. MCCCCLIV.' data (cfr. Bandini, II, col. 666 §. XCIX.) videtur eiusdem argumenti esse ac nostra. Ille Johannes, Episc. Varadiensis, ad quem nostra aliaeque Aeneae Sylv. epistulae missae sunt (cfr. Voigt, l. l. nr. 307, 325, 351, 390, 438, 479), proprie Johannes Vitézius, Johannis de Hunyad (Corvini) Gubernatoris familiaris eiusque filii natu maioris Ladislai praeceptor, a. 1445. episcopus Varadiensis (Grosswardein), Cancellarius Regis Ladislai Posthumi, a quo una cum Ladislao et Matthia Corvino 1457. captus sed paullo post dimissus est, a. 1466. archiepisc. Strigoniensis (Gran), obiit teste Pray 1472. (vide Kaprinai, Hungaria diplomat. I, p. 58 sqq.; Pray, Annal. Reg. Hung. P. III. in ind. sub voce 'Vitézius Jo. episc. Varadiensis', P. IV. in ind. sub voce 'Joannes Strigoniensis Archiepisc.'). Ab hoc vero distinguendus est Johannes Vitézius, eius nepos, quem Janum Pannonium dicunt, Episcopus Quinque-Ecclesiensis, qui teste Pray (IV, p. 86) paullo post avunculum mortuus est (cfr. Kaprinai, l. l. p. 71, 78; Ersch u. Gruber, II. Sect. XXII, p. 172 sq. sub voce 'Johannes v. Cisinge'). — Fol. 249^{b} pars inferior et fol. 250—252 integra vacant scriptura.

43, f. 253ª—f. 260ª *Johannis Tröster Dialogus de remedio amoris.* Praemissus est hic tit.: 'Epistola loco prologi ad wolfgangum vorchtenawr per Johannem Tröster.' Incip.: '*Johannes Tröster*/ Wolfgango vorchtnawer Imperatorie maiestatis scribe perdocto. amico suo primario S. p. dicit/Exigebat proximis nunc his Julii diebus/per longam non sententijs minus/quam verbis comptam epistolam/mei tuique amans veronen. ille Baptista' etc. Desin.: 'uolui te phylostratum id sequens exclamare.' Sequitur haec inscriptio: 'Dialogus in quo philostratus introducitur petens ab Eudione quomodo amorem in quo est repellat.' Incip.: 'Quis tremor excussus? aut pauidus quis timor meos meat per artus?' etc. Desin.: 'Eudion. Et tu mi philostrate vale. tibique persuade tuum me esse/Valete et plaudite Cum laude omnipotentis Jhesu. Ex wienna II.° Julii Anno domini Millesimo CCCC° quinquagesimoquarto.' Subscribitur: 'Finis Feliciter.' (Verba: 'Cum laude — Jhesu' lineis nigris deleta, nomina 'Philostratus' et 'Eudion' linea nigra distincta sunt.) Laudat simul et corrigit hunc dialogum Aeneas Sylv. in epistula ad Joh. Tröster 'ex noua ciuitate. VII. Idus iulias. 1454.' missa (cfr. Voigt, l. l. nr. 372); editus est ex cod. ms. Sand-Hippolytano apud Raim. Duellium, Miscell. Lib. I. (1723, 4.°) p. 227—245 tit.: 'Epistola Joannis Troester ad scribam Caesaris Wolfgangum Forchtenauer' etc. Nostri cod. textus in his ab edit. discedit: post Eudionis verba: 'ad medullas usque' (edit. p. 241 lin. 20) codex habet haec: 'Phi. Cur puerum? Eu. Reddit enim — in sermonis medio estimaris' (f. 258ª lin. 17—19), quae verba in edit. desunt, deinde: 'Phi. Cur iratum? — Phi. Quam ob rem cecum?' (= edit. p. 241 lin. 29 — p. 242 lin. 9), secuntur: 'Eu Quia in heroas — iudicium absit' (f. 258ª lin. 29—33), quorum verba 8 postrema tantum in edit. extant, denique: 'Phi. Cur hominum — hos vicit' (= edit. p. 241 lin. 21—28), inde a verbis: 'Phi Cur uulcano' etc. (f. 258ᵇ lin. 5) codex cum edit. (p. 242 lin. 12) concordat; codicis verba: 'Si uero cum amica — euellitur tota' (f. 259ª lin. 15—f. 259ᵇ lin. 2) non leguntur in edit.; ceterum cod. textus consentit, sed passim paullo longior est et varias lect. permultas exhibet, quarum nonnullae lectionibus edit. praeferendae sunt; calami menda non desunt. In edit. fin. legitur nihil nisi '1456', quo anno fortasse scriptus est cod. In Zedleri Lex. XLV, col. 1049 opuscula: 'Epistola ad..Wolfg. Forchtenauer' et: 'Dialogus de Remed. amoris' Johanni Troester cuidam, ex Transsilvania orto et Norimbergae circa a. 1685. mortuo, tribuuntur, sed falso: nam duo illius Johannis Troester opuscula, quae ad manum sunt, alterum tit.: 'Das Alt u. Neu Teutsche Dacia' (Nürnb., 1666, 12.°) dedicationem Norimb. 1666, alterum tit.: 'Päpstlicher Suetonius' (1684, 12.°) dedicationem 1667. scriptam ex-

hibent; ergo ab illo Joh. Troester auctor epistulae ad Wolfg. Forcht. et Dialogi de amore (quae rectius unum opus constituunt) distinguendus est. Epistulae Aeneae Sylv. ad eund. missae complures extant (cfr. Voigt, l. l. nr. 267, 372, 439, 471, 524); sed praeter ea, quae in Aeneae Sylvii ad Jo., Episc. Varad., epistula (cfr. supra nr. 42) leguntur, nihil apud rei litter. auctores repperi. Fol. 260ª pars inferior vacat.

44, f. 260ᵇ *Nota anepigrapha 'De libidinosi amoris remediis' ex Francisco Petrarca petita.*

Incip.: 'De libidinosi amoris remediis/ut dicit Fran. petrarcha. in ti. de gratis amoribus. c. 69. Multi olim ista conquirere nisi sunt' etc. Desin.: 'Hec mihi sunt ultima. dura quidem sed pre magnitudine pestis optanda remedia.' Legitur haec nota in Petrarcae opere, quod 'De remediis utriusque fortunae libri II' inscribitur, Lib. I, Dial. LXIX, inter eius opp. omnia (Basil., per Henr. Petri, 1554, 2.°) p. 78 lin. 40—p. 79 lin. 6, lin. 15—19; variae lect. paucae. De Franc. Petrarca, poeta praeclaro, mort. 1374. cfr. infra cod. 119. Fol. 260ᵇ pars inferior et fol. 261—264 integra carent scriptura.

45, f. 265ª *Guarini Veronensis ad Barthol. Peregrinum epistula.*

Titulus: *'Guarinus Veronen.* Barthol. peregrino S. p. dicit.' Incip.: 'Quantus sit amicicie nostre cumulus/tum aliis permultis/tum hoc vno intelligo quod quociens abste litteras suscipio/mira quadam afficior delectacione' etc. Desin.: 'V.ᵗᵒ kal. Nouembris Veronam redire statui idque maturius fecissem si quid proficere posse credidissem/Sed tocius ciuitatis ferme absentia/me quoque ad redeundum tardiorem fecit/Recreasti me clarissimi equitis nostri commemoratione cuius laus tantum ciuitati splendorem affert Bene igitur ualeat quoniam (?) sua virtus immortalitate dignissima est. Vale ex ualle polizella. VIII. kal. Nouembris.' Laudat epistulas amici. Timet, ne pestilentia proximo anno increscat.

46, f. 265ª·ᵇ *'Idem. ad eundem.'*

Incip.: 'Si tu ac tui ualetis bene est/ego quoque ualeo/Hanc uel pestem uel pestis suspicionem/tum aliis de causis/tum uero hac ipse detestor et maledico/quod me tua iocundissima consuetudine priuauit' etc. Desin.: 'Si ad senectutem peruenire dabitur proprium illud nobis tempus ad iudicandum erit/et plurimum quidem in agro/Nunc cum Absumus (sic). mutuo litterarum officio fallamus hoc tempus Vale.' Invitat amicum absentem ad epistularum commercium, quum 'secessus et secretum habitaculum/nescio quomodo cogitandi/inueniendi/dictandi vim' adiuvet.

47, f. 265ᵇ—f. 266ª *Eiusdem ad Johannem Nicolam epistula.*

Titulus: *'Guarinus* Clarissimo viro Johanni Nicole. s. p. dicit.'

Inc.: 'Nisi cognitam et ab adolescentia usque perspectam humanitatem tuam et singularem erga me beniuolenciam haberem / te succensurum mihi arbitrarer / propterea quia tam diuturnum egi silencium' etc. Post pauca haec: 'Alterum ecce historiarum uolumen ad te mitto in quo quicquid egregium nactus sum / collegi in eo duas francisci barbari et leonardi Justiniani translaciones videbis quas Rei. p. Venete duo volumina (non iniuria) dixerim/propter summam in vtroque virtutem. egregiam doctrinam' etc. Des.: 'Transscribi faciam/nisi tu forte alio modo faciendum esse iusseris / Pecunias autem quas [pro] utroque uolumine librario erogaui/ad calculum tibi descripsi/Tu reliquum earum Bartholomeo ab auricalco nostro restitues / cui aliquantum pecuniarum debeo / Doctissimum Jurisconsultum D. Guilhelmum saluere iubeto. Tu vale meque ama plurimum Veneciis Nonas octobris Generosissime mulieri matri vestre me commendatote Taceo lauagnolum meum/Vt enim is insolite se taciturnitatis sepulcro recondidit/ita in eo est dignissime occidendus/Debet hic quotidiana mensa cancros edere/iam sompniculosus vix compescitur aura.' Guarinus amico mittit opus quoddam, fortasse Plutarchi vitas parallelas quae vocantur; complures quidem Guarinus ipse, nonnullas Franc. Barbarus et Leon. Justinianus e lingua Graeca in Latinam verterunt. De Franc. Barbaro, Veneto, mort. a. 1454. cfr. Fabricium, I, p. 171 sq.; de Leon. Justiniano cfr. supra nr. 25. De Johanne Nicola vide, quae infra ad nr. 55 dixi.

48, f. 266[a] *Eiusdem ad Baptistam affinem epistula.*
Titulus: *'Guarinus Veronen.* Baptiste suo affini S. p. dicit.' Inc.: 'Euenit mihi tuos (sic) legenti litteras quod de Apibus dici solet/que cum mel pariant acerbissimum in cauda gestant aculeum/Nam cum tuas antea legissem litteras ciuitatis nostre sanitatem nunciantes/per quam suauis me dulcedo tenebat.. Nunc posteriores versis auspiciis uelut aculeo ita me pupugerunt/ut non mediocre uulnus accepisse visus sum'(sic)etc. Des.: 'Audio nescio quod ingens et ad religionem pertinens ortum esse in agro vincentino miraculum ad quod visendum finitimos et longinquos concursare populos/Si quid est memoria dignum/ ex te libens sensero / vel ut tuas legam litteras quibus nihil iocundius hoc tempore facere mihi potes/Vale/valemus et nos/ Ex Valle polizella pridie kal. oct. 1. 4. 26.' Exponit, quae mala metus et suspicio pestilentiae studiis litterarum afferat.

49, f. 266[a]—f. 268[a] *Eiusdem ad Ludovicum de Gonzaga epistula.*
Titulus: *'Guarinus Veronen.* Illustri Adolescenti Ludouico de Gonziaga s. p. d.' Incip.: 'Hesterno vesperi. Jacobus Tercius et homo clarus/et strennuus miles tuas mihi litteras reddidit/dignus certe nuncius/[qui] tam egregium/prestans vere-

que regale deferret/quas perinde ac dulcissimum ingenii tui simulacrum/et expressam clarissime indolis effigiem/veneratus amplector' etc. Desin.: 'Tempus est ut ad rem librariam veniam/Oratorem Ciceronis emendare secundum lectiones ceperam/Is quidem absolutus. sed non ad vnguem emendatus est uti constitueram/Terencium habeo ydoneum satis/sed nqndum more meo correctus est/uti quedam discipulorum meorum volumina sunt/quos hec ipsa pestilentie suspicio metusque dispersit/ut difficile sit non modo libros sed eciam dominos inuenire/Mei qualescunque sint/et usu et possessione tui sunt/ Itaque si tales optas (f. 268[a]) eos ad te uolitare faciam..Vale decus nostrum et optimo principi/patri tuo humanissimo/domino meo singulari carum facito/Cupio Symonem virum prudentissimum et amicum meum saluere Ex Montorio. v. Idus Junias.' Ludovici de Gonz. epistulam et studia litterarum summis laudibus extollit eumque ad studia prosequenda hortatur. Collaudat eius praeceptorem 'optimum virum et doctissimum magistrum' Victorinum, qui olim Guarini fuerat discipulus; vituperat praeceptorem, quo antea usus est. Ex ipsa epistula colligitur, missam esse ad Ludov., filium principis Mantuani. Tum princeps Mantuanus fuit Joh. Franciscus II. de Gonzaga (1407—1444.) eique successit filius natu maior Ludovicus III, qui a. 1478. obiit; haud dubie idem ac noster (cfr. Ersch u. Gruber, I. Sect. LXXIV, p. 138 sqq.). De Victorino Feltrensi, praeceptore Mantuae praeclaro, cfr. Burckhardt, Cult. d. Renaiss. p. 166. Ead. epistula extat in cod. Vind. 5089 nr. 13 (Tabb. codd. IV, p. 17), sed in nostro cod. multo longior est; nam post verba: 'pullulantes nequaquam lacius', quae cod. Vind. sunt postrema, noster habet particulam satis amplam, quae a verbis: 'fructus educit/Quamobrem a doctissimis hominibus' etc. (f. 267[a] lin. ult.) usque in finem continuatur.

50, f. 268[a] *Eiusdem ad Johannem Boscolum (aut Boscalum) epistula.*

Titulus: *'Guarinus Veron.* s. p. d. Johanni Boscolo v. c.' Incip.: 'Statueram in hisce litteris ad te scribendis/ipsam primo execrari et asperius insectari fortunam/que iocundissimo tui spectaculo me ipsum priuauit' etc. Paullo post initium haec: 'Crede mihi spectatissime boscale/tam amena tam dulcis fuit tui nominis commemoracio/Nuper aduentum tuum nunciante viro insigni ac amico optimo bartholomeo nostro/ut non omnino tu mihi aut ego tibi/absens fuisse videar' etc. Post pauca: 'Marcus Capesanus qui has tibi meo nomine reddet/et mihi carus et singulari beneuolentia coniunctus/Sic enim sui mores integri/erudicio et longior. consuetudo vita/uictusque/communis/postulant..Is rome visende cupiditate incensus/et animi nobilitate ductus/hortantibus amicis in Curiam proficiscitur/

quemadmodum coram idem M. explicabit/Hoc suum consilium ut tuo et consilio et auxilio iuues atque confirmes oro/et mirum in modum obsecro' etc. Desin.: 'Eum denique ita tibi commendo/ut magis ex animo non possim/quantum profecto oratione explicare vix liceat/Vale vir humanissime et me singulari amore ama.' Amicitiam Boscoli petit eique Marcum Capesanum commendat. Eundem eidem commendat Barth. Castiotus in epistula, quam sub nr. 58 recensui; Barth. Castiotus et Marcus Campesanus ibid. discipuli Guarini vocantur. Eund. Capesanum Guarinus ipse commendat Nicolao cuidam (nr. 51) et Marioto (nr. 52), qui Florentiae commemoratus esse videtur.

51, f. 268$^{a b}$ *Eiusdem ad Nicolaum quemdam epistula.*

Titulus: *'Guarinus ver.* optimo V. Nic. suo. s. d. p.' Inc.: 'Quociens ad te scripserim non facile dixerim/quia pluries ac pluries/Tu uero quociens scripseris ad me facilius dices/quia nihil adhuc litterarum abste datum est/Credo tuas occupaciones impedimento fuisse/et proinde silencium tuum meliorem in partem accipio' etc. Des.: 'Te igitur oro carissime Nicolae/ut tuum in me amorem conserues augeasque Quod cum sic abste fieri mihi persuaserim confidamque non dubitabo/hunc egregium iuuenem tibi notum familiaremque facere ut eum in tuum recipias gregem Est autem probus in primis/eruditus/et tui iamdudum amantissimus Marcus Capesanus/oro ut qui meus ad te venit/noster a te discedat/petit enim Romam. Vale dulcissime Nicolae/verone kalendis Aprilibus/Monacho sancto Ambrosio me commenda.'

52, f. 268^{b} *Eiusdem ad Mariotum epistula.*

Titulus: *'Guarinus ver.* Marioto carissimo Sal. dicit p.' Inc.: 'Accusas me fortasse taciturnitatis nimie/et ego ipse te/prestat autem querelis parcere/et amicicie operam dare/Venit istuc M. Capesanus meus olim contubernalis/iam nunc magna visende florentie cupiditas incendit..tuum erit eius auiditati satisfacere et ei αξιοθεατα vrbis et ciuitatis..illi commonstrare' etc. Des.: 'vale et v. c. Leonardo Aretino litterarum splendori me diligentissime commenda.' Alia Guarini Veron. ad Mariottum epistula extat ap. Bandini, III, col. 522 §. XXVIII.

53, f. 268^{b}—f. 269^{a} *Eiusdem ad Marcum Capesanum (aut Campesanum) epistula.*

Titulus: *'Guarinus Ver.* suo Marco Capesano Sal. d. p.' Incip.: 'Si te a me diligi non tibi persuades/aut parue fidei es/aut magne inconstancie/eo (sic) qui putes meum in te amorem viguisse/dum presens eras/euanuisse cum absens factus sis/Non ita est/te amo..Teque frequens cogitatio absentem esse non sinit....Quod et experientia probo/Nam quociens ad me scripsisti tociens ad te (Et quidem grandes epistolas)

rescripsi Sed grauitatis erit officium uel nuncios uel alias accusare occupaciones quam voluntatem in te meam/Quantum uero fortuna me exagitarit per multorum domesticorum et morbos et mortes triste est meminisse... Filii tamen.. incolumes sunt cum vxore/post longos variosque languores/Accedit nunc amici illius mors quam nuncias' etc. Desin.: 'Paulus Ziliolus et iohannes Estensis domi mee paucis diebus excessere/multis iam Mensibus familiam omnem dissipaui/ne si simul omnes essemus magis excandesceret incendium/Barth. etc abiit quorsum nescio Anth. Brixinen. rura peragrauit/Rouerola grauiter febricitauit/Nunc conualuit proxime/Bonauentura ita grauiter habuit/ut ter limen mortis adierit/Quocirca desine tam iniquo ferre animo infelicitates tuorum.. Nec tantas effunde querelas/si aliorum litteris carueris.. interea codicem aliquem inuenisti/ex uetustis illis nostris/dum tantum agri transcurris/Ego postquam discessisti nunquam uagari cum familia destiti incumbente morbo/Nudiustercius redii in hanc vrbem/iam pristine restitutam incolumitati Vale et. d. Cincium a me saluere opta et virum primarium pogium/Commenda me humiliter Re^mo domino meo vrsino. Ex ferraria 25. decembris. 1. 4. 29.' Epistula Romam missa esse videtur. Ille Ursinus fortasse est Jordanus Ursinus, Romanus, Archiepisc. Neapolit., postremo episc. Card. Albanus, mort. 1439. (cfr. Ciaconium, col. 1038 sq.).

54, f. 269^a—f. 270^a *Eiusdem ad Andream Julianum epistula.*

Titulus: *'Guarinus Ver.* c. v. Andree Juliano S. p. dicit.' Incip.: 'Hec ut mihi apud te diem dicat. meque accuset venit epistola/Sed ut arbitror ita me accusatura est/ut ego quidem amoris/tu uero benignitatis laudem ex tuo iudicio reportemus' etc. Fol. 269^a circa finem haec: 'Non enim ignoro quam amena. quam grauia quam amabilia scripta sint tua.. Nunc Guarini crimen agitur/hoc accusationis tempus est/Omnia igitur versanti/tua illa se se ultro in manus (f. 269^b) obtulit oratio/quam in patrui funere conscriptam nisi testamento prohibuisset acturus eras/Ea est quam et sepe quidem rogatus edere noluisti cum ex innata tibi modestia et verecundia id contempnendum esse ducas quod multi et prudentes et eruditi mirentur/Quod equidem non laudo' etc. Fol. 269^b med.: 'Magnum est et preclarum te honestissima generosa et antiquissima ortum familia/patriciis viris et ciuitatis principibus annumerari/Verum id tibi commune est cum multis et propria nequaquam commendacio/Quod autem doctrina excultus et optimis artibus institutus sis. Id ferme tibi peculiare et tuum prope modum est/Quibus ex rebus tu ac reliqui disciplinarum amatores. nostras tollitis in astra venecias/Hee subesse cause videbantur/quibus ut orationem ipsam disseminari. sineres. censebam..

Ceterum quod presens impetrare nequiui/absens extorquebo/ Eam emittam in pluresque disperciam' etc. Desin.: 'Nunc enim veneciarum Laudes perstringis/nunc familie vestre nobilitatem ac vetustatem/verecundie (sic) quidem commemoras/Nunc pauli Juliani vitam/personam/fortunamque nobilitas/Quibus ex rebus quanta studio et labori tuo laus debeatur et gloria/nostrum volo (f. 270[a]) sit iudicium atque officium/quoniam (?) rem tuam adeo negligis/et pro nichilo ducis Tuum erit suauissime Andrea ut huic tam pio furto veniam..tribuas et bonam in partem factum accipias... Pogio nostro suauissimo ac doctissimo Salutem non modo uerbis/sed et fronte/uultu/oculis dicito/Et bartholomeo (?) de Monte policiano viro humanissimo et eruditissimo Scin quid uolui dicere Vises scio dominum episcopum Venetum ei carum facere memineris Cristoforum nostrum quomodo amicus amicos amicis soles vale a nostris Barbaris victorio donato et floro Venetiis Nonas Nouembris.' Andreas Julianus ortus fuit ex familia quadam patricia Veneta.

55, f. 270[a b] *Eiusdem ad Johannem Nicolam epistula gratulatoria.* Titulus: *'Guarinus Ver.* c. v. Johanni nicole S. d. p.' Incip.: 'Proximis diebus magna quidem uoluptate renunciatum est te Mantue pretorem designatum esse/qua in re nonnullos ita gratulari uideo' etc. Circa finem haec: 'His tam egregiis rebus (f. 270[b]) hoc tanto virtutum cetu instructus accedens/maximam laudem et singularem coronam reportabis/Que tum te ac maiores tuos et antiquam salernorum familiam/tum vero ciuitatem nostram illustret. Facies scio Mantuanos homines ac ceteros quibus ius dices/ut iste tuus magistratus sempiternus illis fiat/optare precari ac longis orare votis' etc. Desin.: 'Felix igitur vale/fidei specimen equestri (sic) ordinis splendor/et nobilitatis exemplum/Ac nostram factis tollas super astra veronam/Vale/clarissimus ac sapientissimus et in primis humanissimus Barbarus noster pl. tibi salutem nunciat/maximeque tibi ex hoc magistratu congratulatur. Vale iterum Ex venetiis ydibus maiis.' Ille Joh. Nicolas, qui ex Salernorum familia ortus esse videtur, haud dubie est Joh. Nicolas Veronensis, ad quem etiam Leonardi Aret. epistula missa est, quam recenset Bandini, III, col. 317 §. II. Aliam ad eund. Joh. Nicolam epistulam habes supra nr. 47.

56, f. 270[b] *'Epistola Guarini ad Comitem Ludouicum de. s. bonifacio.'*

Incip.: 'Superi et dii boni faueant tibi decus et honor patrie ac refocillatio amicorum/Tu enim uitam ministras tu viuificas/tu denique spiritum sufflas in corpora egra et muta/ et sine voce radicitus mirabiliter loqui facis' etc. Desin.: 'Qua-

dere exhortaris (sic) eum litteris tuis velis. et moneas et imperes/qui solus ut ait imperare potes vnde tua sit hec gloria Vale salus et spes mea.' Amicum in oppido Lendenario commorantem summis laudibus extollit et, ut domicilium ad se transferat, invitat. Textus epistulae corruptus esse videtur.

57, f. 271^{ab} *Eiusdem ad regem Aragoniae et Siciliae epistula.* Titulus: *'Guarinus Veronen.* Serenissimo Regi Aragonum Sicilie etc Salutem dicit pl.' Incip.: 'Solent plerique uel angustis animis/uel tanta reuerentia virorum illustrium/magnorum principum tuique consimilium reformidare conspectum' etc. Desin.: 'At enim quid sit planius et oportunius coram explicabit magnificus campinassi comes ioan. quo legato et patrono apud te utuntur plautine muse Vt ille tuo patrocinio post Liuii iura consequantur.' Haec epistula panegyrica procul dubio ad regem Alphonsum scripta est. Alphonsus V. a. 1416. rex Aragoniae, deinde multis rebus gestis rex utriusque Siciliae, re militari et eruditione praeclarus, obiit 1458. (cfr. Ersch u. Gruber, I. Sect. III, p. 93 sq.; Burckhardt, p. 174 sqq.). — Nr. 45—57, si nr. 49 excipias, nullibi repperi; num editi sint, ignoro.

58, f. 271^{b}—f. 272^{a} *Barth. Castioti ad Johannem Boscalum epistula.* Titulus: *'Barth. Castiotus* sal. dicit iohanni boscalo suo.' Incip.: 'Si beniuolencie et amori par dicendi suauitas. et copia responderet/non solum saniorem verum eciam uberiorem ad te epistolam darem' etc. Paullo post initium: 'Tu me languentem erexisti/tu me ab interitu liberasti/tu me mortuum pene/suscitasti. Pro quibus omnibus rebus nescio plus ne tibi quam ipsis parentibus debeam?' etc. Fol. 272^{a} lin. 12 sqq. haec: 'Nunc quidem attende queso que abste velim Cum Marco Campesano Claro et docto adolescente summa mihi necessitudo est quo plures menses utor ualde familiariter/Nam in eodem contubernio apud Guarinum permansimus et non solum sodales et condiscipuli. sed quod hiis maius est et coniunctissimi et amantissimi semper fuimus Is Romam venit Causam autem ab ipso coram cognosces/Quare eius tibi commendo omnia/et illum ipsum ita trado/atque velim habeas ut me alterum esse putes/non secus/Est enim vir amicicia tua dignus.. Nec nunc quidem de ornatissimis moribus suis atque doctrina prope singulari ad te referre statui/Sed hoc vnum mihi crede.. qui melior sit aut per etatem doctior inuenies neminem' etc. Desin.: 'De his omnibus que inter nos locuti sumus me nisi molestum est facies certiorem hoc est de statu Curie/Et si quid ad bene de re sperandum vides quamprimum uelim scribas/Nicolao Sodormo scribito ut me amet. Guarinus noster suauissimus preceptor et te mirifice amet. et quod te non viderit egre molesteque tulit et quanti ipsum facias ex me latissime cognoscet

Vale.' Cfr. supra nr. 50. Huius epistulae nullibi mentionem inveni; de auctore nihil habent rei litter. auctores.

59, f. 272b—f. 273a *Isotae Nogarolae ad Nicolaum Venerium epistula.*

Titulus: '*Ysota Nagarola* perito Adolescenti Nicolao venerio Sal. p. dicit.' Incip.: 'Nuper allate littere tue/uehementer me delectarunt/Inferunt enim pre se eciam naturam prestantissimam/quod est ingenii/et disciplinam vigilantem atque solertem/quod est studii et diligencie' etc. Desin.: 'Quod autem me tantopere laudas/meum quod ad sydera attolis nomen/hoc tua summa probitas facit/tibique gratias pro ingenioli mei paruitate et ago et habeo. Vale pl. Salutem Andree fratri tuo agnatoque meo nuncies velim.' Laudat Nicolai Ven. epistulas eumque exemplis allatis ad studia prosequenda hortatur. Nicolaus Venerius haud dubie ortus est ex nobilissima Veneta familia Veneria (Venier), de qua cfr. Zedleri Lex. XLVI, col. 1618 sqq. Isotta (Isocta) Nogarola (Navorula) sive de Nogarolis, virgo Veronensis eruditione clarus, saec. XV. med. vixit. De ea eiusque operibus cfr. Zedleri Lex. XXIV, col. 1172 sq. et Joecher, III, col. 968, ubi a. 1466. obiisse legitur. Bandini, III, col. 387 not. habet haec: 'De hac illustri femina, quae decessit A. 1446. aet. 38. adi Cl. Scipionem Maffeium Scrittori Veronesi pag. 95. et fusius de ea disserentem Jacobum Gaddium de Scriptor. non Eccles. Tom. II. pag. 106' etc, quae opera ad manum non sunt. Varia Isottae Nogar. opera habes ap. Bandini, V, col. 629 in ind. et Tabb. codd. II, p. 368 in ind.

60, f. 273a *Hieronymi cuiusdam ad Isotam epistula.*

Titulus: '*Jeronimus* Ysote etc Sal. dicit p.' Incip.: 'Et si indignus sum/cuius ad tantam doctissimarum adolescencium doctrinam rudis aduentet impericia/et mea inermis imbecillitas ad graue luculentumque litterarum studium appropinquat/tamen ineffabilem vestram impericie mee etatis/humanitatem indulturam esse non dubito' etc. Des.: 'uti ad tantam rem exprimendam et laudandam se viribus imbecillem libret et aduertat/et alio eloquencie et virtutis auctore cicerone opus esse intelligat/Valete ex Ferraria.' Ille Hieronymus fortasse est Hieronymus, Guarini Veronensis filius natu maior (cfr. Ersch u. Gruber, I. Sect. XCVI, p. 26 col. 2), quem Isota Nog. etiam commemorat in fine epistulae, quae sub nr. 63 extat. Ad eundem fortasse scripta est epistula, quae sequitur.

61, f. 273a b *Isotae Nogarolae ad adolescentem quemdam epistula.*

Titulus: '*Ysota Nagarola* perito Adolescenti etc S. pl. dicit.' Incip.: 'Multa sunt in epistola tua abste sapienter et preclare dicta/que cuiusuis animum ad amandam colendamque uirtutem facile adducere possunt' etc. Fol. 273b lin. 10 sqq.:

'Genitor namque tuus in hac re optimus testis est qui probe vestigia maiorum decursus est/et qui per tam longa itinera tam diversas regiones per varios casus.. eloquenciam persecutus est/Habes namque studiose adolescens quem imiteris' etc. Desin.: 'Et ne te nugis meis obtundam finem iam scribendi faciam/Vale/Meus enim animus tibi gracias quantas capere valet/et agit et habet Iterum vale.' Argumentum idem fere est ac epistulae nr. 59.

62, f. 273^{b}—f. 274^{a} *'Ludouicus ysote.'*

Incip.: 'Eximia me ac fere incredibilis ad scribendum impulit admiratio/cum quod primum mihi non facile persuadebam. id a fidis nunciis et auctoritatis hominibus sollercius atque exploracius acceperim' etc. Fol. 274^{a} lin. 4 sqq.: 'Quippe me minime latet quanta doctrina preceptore M. viro peritissimo uos ambas cumulatissime decoraueritis etc Vestrum igitur erit ut facitis diuine inuigilare uirtuti/nec illorum stultas [opiniones?] expauescere/qui magnum periculum esse aiunt feminas litteris incumbere ac studio' etc. Desin.: 'Valete et ut inchoastis perseuerate. Me matri vestre matrone integerrime et splendidissimo equiti domino Antonio plurimum commendate.' Ex Isotae epistula rescripta (nr. 63) patet, illum Ludovicum, qui epistulam scripsit, fuisse discipulum Guarini Veronensis (fortasse Ferrariae).

63, f. 274$^{a b}$ *'Ysota A nogarolis etc perito adolescenti Ludouico.'*

Incip.: 'Epistolam tuam omni virtutis luce fulgentem quam a te accepi non admirari non possum/cum in ea fraterne caritatis et humanitatis plenam voluntatem erga me perspexerim/Teque studiis optimarum arcium disciplinarumque florentem' etc. Paullo post initium: 'Audio enim multas tuas iam diuulgari epistolas/quas et ad optimum genitorem et ad reliquos mittis/qui de te optimos se fuisse vates vident/quoniam te talem virum prestas ut tua preclara indolis de te polliceri semper visa est... M. enim preceptor noster eruditissimus de te mirabiliter loquitur/et Jo./ceterique non pauci litteratissimi homines admirari videntur plurimum hoc tui ingenii acumen/quod iam tantos et tam speciosos virtutis et scientie flores profers.. Quamobrem maximas gratias patri tuo agere debes/qui.. te sub guarino viro prestantissimo erudiri curauit .... in eo est quedam grecarum litterarum summa cognicio. isque quasi quoddam Italie lumen et sydus (f. 274^{b}) existit' etc. Desin.: 'Te uero precibus obsecro ut Guarinum veron. me plurimum commendes in primis autem te rogo ut suauissimo adolescenti ieronimo. Guarino plurimam salutem a me dicas/et verbis meis ei amplissimas gratias nuncies.' Ludovicum eiusque magistrum Guarinum Veron. collaudat. Cfr. nr. 60, 62.

64, f. 274b *'Jeorgius Isote.'*

Incip.: 'Si bene valetis. Georgius ego. vero ualeo. Memini dum vos visendi gratia cum lauagnola meo venissem. et uos inter studia et lacteos ciceronis libellos.. repperissem/Vobis me pollicitum litteras frequentaturum... Ad hoc me inuitat humanissimi et splendidissimi equestris ordinis viri fratris vestri discessus... Sed ego uoluptuosissime facio Et hoc litterarum genere vehementissime delector' etc. Epistula mutila est; desinit in haec verba: 'Cotidie colles illos quos amenissime peragrabamus benedico cotidie collaudan. (?) rethia (?) illa.'

Isotam eiusque sororem (Genevievam?) summis laudibus extollit. Ille Georgius, qui ad Isotam epistulas nr. 64, 66, 68 scripsit et ad quem Isotae epistula nr. 67 missa est, iuri civili Bononiae et Patavii (cfr. nr. 66, 68) operam dedit. Fortasse est Georgius Bevilacqua; extat quidem in cod. Vind. 3494 nr. 24 (Tabb. codd. II, p. 312) Isottae Nogar. ad Georgium Beuilacqua epistula.

65, f. 274b—f. 275a *Epistulae cuiusdam fragmentum.*

Incip. tit.: 'Interponitur sequens' praemisso: 'Te quoque Italice iuuentuti presentibus quam ac posteris iocunditati fore confido' etc. Desin.: 'Primam itaque partem absoluenti mihi et de uita exponenti excellentissimum illud de te occurrit quod in laude totus ex te ipso pendes. Cumque nulla (?).' Videtur ad epistulam quamdam dedicatoriam pertinere.

66, f. 275a—f. 276b *'Georgius/Isote.'*

Incip.: 'Excideratis mihi mente pene honestissime virgines/ et propter studiorum meorum frequenciam.. Animum simul et cogitaciones meas ego diuerteram/Solus ciuili scientie inuigilabam' etc. Paullo post initium: 'Verum factum est his proximis diebus ut vos menti mee summa uestra cum gloria reuocarem/iueram forte in locum publicum quod ante Basilicam summi pontificis.. situm est/illuc homines cuiusque generis confluunt/Hic conueniunt non tam negociatores quam scolares/ doctores viri ex equestri ordine.. Video quorumdam ordinis mei honestissimorum scolarium conuentum.. Recensebat vnusquisque pro arbitrio viros eloquentissimos/quibus hoc potissimum tempore florescit ytalia Jam fuerat tempus in longam pertractum orationem Tandem vnus ex regione Calabrie.. prorupit in verba. Quid viros commemoras inquiens? legi duarum virginum veronensium epistolas quasdam/viro patricio Francisco barbaro exaratas/quibus adeo disertissime pollent/ut nedum in his/eloquentissimorum hominum effigiem contemplari fas est (sic) Sed illas in Cornelie matris gremio pariter ac sermone educatas appareat/Tum ego dicta huius admirans frontem inspicere cepi. (f. 275b) tamquam mee partes essent ipsius sen-

tentiam adnotare/Petit a me num vera commemoret/Ego qui uellem si id fieri potis esset vos vndique laudacionibus meritis. efferre/ac..vigilias et labores vestros ornare/non modo illud asseueraui/sed morum uestrorum grauitatem ab ineunte etate continenciam/integritatem vite/diuinam quamdam indolem industriam admirabilem/perliberalem/ingeniaque vestra ..referebam..Tum vos vnusquisque plurimum commendabat' etc. Post pauca: 'Apud nostros vero superat/sola illa et doctrine et eloquencie gloria/quam guarinus veron. nostre oratorie scientie princeps disseminauerat aliquanto. Sed nunc ipsam per vos ambas a nobis auferri et ad vestrum mulierum ordinem transferri video....Ferunt Cornificiam Romanam mulierem. Cesare Augusto imperante tanto bonarum arcium dogmate fulsisse ut esset Cornificio fratri ea tempestate poete. insigni eque illustris gloria. Sacris eciam musis impellentibus heroicum carmen doctissime sepe descripsit/Et..plurima et insignia Epigramata composuit qui beati ieronimi temporibus decantabantur a pluribus/Admirantur eciam omnes probam mulierem Ro. et religione christianam coniugem Adelphi liberalibus artibus ad modum eruditam. Virgiliano carmine fuit adeo perdocta/et illius familiaris effecta/ut illud totum habuisse memoria visa sit/Eo namque versus integros quandoque discurrebat Eorumdem quandoque particulas redigebat/et seruata carminis dignitate omnem testamenti veteris historiam et noui seriem dilucide descripsit' etc. Versus finem: 'libellus quidam in quo deuotissimus beati ieronimi transitus explicatur/a quodam Monacho religiosissimo (f. 276^{b}) mihi donatus superioribus diebus fuit/Et quoniam studia humanitatis cum sacris litteris quandoque miscere suaue satis condimentum pollucet/illum uobis mittere decreui' etc. Desinit: 'per deum inquit id mihi videtur et ciuitatem paruam magnam opera et diligencia sua facere posse. Vale ex Bononia XI kal. Sextilis.' Virgines propter studia litterarum collaudat. Exponit, 'dulcissimum virtuosorum hominum pabulum laudem esse ac gloriam.' Probae carmen modo laud. habes supra nr. 16.

67, f. 276^{b} *Isotae Nogarolae ad Georgium epistula.*

Titulus: '*Ysota Nagarola* etc Excellenti viro d. Georgio etc S. pl. dicit.' Incip.: 'Si uales gaudeo ego quoque salua sum/Gratissime mihi fuere littere tue ex quibus preteriti temporis excusacionem tuam/cur ad me excellentissimas epistolas tuas non dederis/profecto animaduerti' etc. Desin.: 'Quam ob rem tuam pro viribus ciceronis profectionem amore prosequar/reditum spe expectem/absentem memoria colam. omne desiderium litteris mittendis accipiendis leniam. Vale.' Isota respondet, gratias agit pro litteris et dono transmissis, petit, ut Georgius litteras mittere pergat.

68, f. 276ᵇ—f. 277ᵇ *'Georgius ysote.'*

Incip.: 'Totus litteris vestris arrisi et earum aduentui sum congratulatus/Ex quibus tantam me iocunditatem cepisse fateor/ut molestiarum mearum solacium. non mediocre ipsas fuisse cognouerim' etc. Paullo post initium: 'Postquam patauium adueni/tot me vndique cure sollicitarunt/vndique tot molestie latera confoderunt/ut multociens illum diem fuerim detestatus qua istinc discessurus equum ascenderim' etc. Versus finem: 'Collocatis me in amplissimo laudacionis gradu. (f. 277ᵇ) que epistolas meas virtutum vestrarum premium esse arbitramini/Nimis ego magnificentissimis decretis vestris sum cohonestatus/Nimis vestro singulari studio atque consensu immortale honoris iudicium video adeptus.... in his hoc ego tempore triumpho/ex quibus tantum fructum excerpsi/ut sententiis vestris gloriosum diserti nomen adeptus inter celeberrimos viros me palmam insignem consecutum mihi persuadeam' etc. Desin.: 'quod in viris laudabile solet appellari/in vobis commendatissimis virginibus admirabile/et contemplabunt et predicabunt/Vale/sola virginum pudicissimum decus Ex patauio.' Biancham, virginum matrem, collaudat, quod disertissimos praeceptores illis elegerit; ceterum argumentum idem fere est ac epistulae nr. 66.

69, f. 277ᵇ—f. 279ᵃ *Isotae ad Julianum Cardinalem epistula.*

Titulus: *'Isota* Reᵐᵒ in christo p. ac domino. d. Juliano Cardinali Salutem plur. dicit.' Incip.: 'Si eloquencie principem Ciceronem legimus/quociens veniret ad dicendum/magno cum metu semper incepisse/quia tociens in iudicium venire sibi uidebatur' etc. Fol. 278ᵃ lin. 8 sqq.: 'Quod cum ita sit humanitati tue ingentes habeo gratias/qui me diligas amicicia tua dignum iudicaueris.. Qua ex re parum ne mihi licet gloriari? Cum in eius viri familiaritatem venerim cuius tante et tam multiplices virtutes existant/quod non solum subditi/sed eciam alienigene. certatim ament.. Cuius quidem rei testimonio est Basilien. concilium/Cui tanta sapientia. modestia. humanitate/condita grauitate/prefuisti/immo sanctissime gubernasti. ut te abeuntem lacrimis singultibus prosequutum sit' etc. Fol. 278ᵇ lin. 2 sqq.: 'Nichil dicam.. quanta cura studio labore diligentia insudaueris ut hussitas illos ad sanctam dei fidem et verum dei cultum reuocares' etc. Versus finem: 'Sed redeo ad laudes quas mihi tribuis/que mihi magnam attulerunt amenitatem/cum in eis virtutum mearum.. premium esse cognoscam..... (f. 279ᵃ) Reliquum est ut Nogarole familie gratuler magnificentieque tue ingentes habeamus gracias/cum ergo (leg. 'erga') nos tanta familiaritate et caritate vsus sis/et ita hominis perliberalis facis officium. ut nemo sit cui plus quam tibi

debeamus/Teque humiliter oramus ut dilectionem .. erga nos susceptam non solum conseruare sed et augere velis/in primisque ut leonardi fratris curam paterno suscipias affectu/quem omnes benefactum iudicant cultui divino dedicandum esse' etc. Desin.: 'Vale meque filiam sapientie tue et caritatis existima/ Me tibi commendo Ex Verone' (sic). Haec epistula, quae laudibus Cardinalis plena est, ad Julianum Caesarinum scripta est. Is fuit Protonotarius Apostolicus, deinde Diac. Cardinalis S. Angeli, Presb. Card. tit. S. Sabinae, Episcopus Grossetanus, 1431. a Papa Martino V. legatus in Germaniam et Bohemiam missus, Concilii Basileensis praeses, Concilio Ferrariensi-Florentino magna cum auctoritate interfuit, denique legatus in Hungariam profectus, obiit cum Wladislao, Poloniae et Hungariae rege, in pugna Varnensi aut paullo post a. 1444. (cfr. Ciaconium, col. 1116 sqq.; Ersch u. Gruber, II. Sect. XXVIII, p. 251 sqq.).

70, f. 279^{ab} *'Ysota prothonotario Barbaro.'*

Incip.: 'Petronius arbiter vir sane doctissimus mutos quosdam et elingues sed aliorum censores/qui se e minerua notos (sic) existimant/dum aut Ciceronis orationem vnam/aut nonnullos virgilii versus audierint optime ac vere derisisse visus est' etc. Paullo post initium: 'Tua quoque prestancia .. testis erit/me tuo hortatu et Anthonii fratris Lauagnoliquo nostri impulsu inuitatam. hanc ad te prouinciam scribendi sumpsisse' etc. Fol. 279^{b} lin. 8 sqq.: 'Hoc a divini animi magnitudine nobilitateque procedit/Quis enim ignorat clarissimam barbarorum familiam? quam incliti ciues/primores vrbis venete ornant et amplificant' etc. Desin.: 'Habes enim epistolam verbosam tanquam testem mei amoris/que si tibi non iniocunda fuerit/[videtur lacuna esse] et ut gaudeam/me hanc scribendi curam non inanem sumpsisse. Vale.' Barbarum summis laudibus extollit. Ille Barbarus haud dubie est Hermolaus Barbarus, Patricius Venetus, Protonot. Apostol., deinde episcopus Trevisanus et inde Veronensis, mortuus a. 1471. (cfr. Fabricium, I, p. 172; Ersch u. Gruber, I. Sect. VII, p. 350); bene distinguendus est ab Hermolao Barbaro, Patriarcha Aquileiensi clarissimo, qui obiit 1493. (cfr. praeter laudd. Vossium, De histor. Lat. p. 620 sqq.; Apost. Zeno, Diss. Voss. II, p. 348 sqq.).

71, f. 279^{b}—f. 280^{b} *'Nicolaus Barbus Isote.'*

Incip.: 'Cum tanta quotidie tam preclara tamque magnifica de tuo prestantissimo ingenio/a plurimis etatis nostre eruditissimis viris audirem/Et ea de re aliquid ad te scribere/incredibili quodam desiderio arderem/id ante hunc diem capescere diu multumque sane dubitaui/Nam non modo nostrorum temporum/huiusce ciuitatis subrustici quasi quidam viuendi

mores/me ab hac non mediocriter deterrebant' etc. Fol. 280ª lin. 3 sqq.: 'his autem proximis diebus lapsis cum perlegissem quasdam tuas que ad manus meas peruenerant elegantissimas epistolas/ac vehementer in his admirarer ingenium tuum/summamque dicendi facultatem/decreui omnino huic tue ad summam gloriam magis ac magis in dies florescenti facundie meis litteris aliquantulum congratulari' etc. Desin.: 'vnumquemque spero non tantum comprobaturum quantum eciam maxime improbaturum si nihil ad te scribere curassem Nam me qui quoscunque dicendi peritos admirabili beniuolencia prosecutus fuerim ac semper a tenera mea etate horum studiorum amore flagrarim/non paruam negligentie suspicionem incidisse crederem/Si hoc mihi..onus non assumpsissem/Te uero..rogari non desinam/ut quemadmodum cepisti pergere non desinas atque ad id studium in quo es ita coneris incumbere/quo omnium aliorum gloriam possis adequare/vale decus non minimum etatis nostre/Veneciis V. idus Decembris.' Epistula laudibus Isotae scatet. Nicolaus Barbus, qui ad Isotam epistulas nr. 71, 73 scripsit et ad quem Isotae epistula nr. 72 missa est, procul dubio ortus est ex nobili Veneta familia 'Barbo' (cfr. Zedleri Lex. III, col. 421); rei litter. auctores nihil de eo habent. Nicolai Barbi epistulae quaedam extant in cod. Vind. 3330 (Tabb. codd. II, p. 261).

72, f. 280ᵇ—f. 281ᵇ *'Ysota Nicolao Barbo.'*

Incip.: 'Et si sepe numero decreueram me aliquid ad te scribere ut id quod tibi debebam persoluerem/neque id egerim (sic)/abste peto ne putes me tui obliuione aut ambicione adductam/id muneris neglexisse/quando id occupacionibus meis persoluere nequiuerim/licet occupaciones mee in litterarum studiis versentur/Nunc cum me ad scribendum uocaueris/ingrati/impudentis/audacisque hominis officium existimaui tue honestissime voluntati non morem gerere/quo rescunque cadat' etc. Desin.: 'Tibi tamen (?) summas habeo gratias agamque Dum memor ipse mei/dum spiritus hos regat artus Vale et in augenda uirtute te ipsum vince Ex veneciis.' Isota respondet et pro laudibus gratias agit. Virtutem et probitatem laudat.

73, f. 281ᵇ—f. 282ª *'Nicolaus Barbus ysote.'*

Incip.: 'Quamquam mihi preter opinionem meam nequaquam acciderit ut illam preclaram ingenii tui indolem. per quedam quodammodo inuolucra antea perspectam/tua quam abste accepi mearum litterarum responsione optima iam facultate adepta cognoscerem' etc. Desin.: 'hac re manifeste cognoscam/ea que de me tam preclara in epistola tua scripsisti a sensu eciam tuo verissime non abhorrere/Vale mea summa spes. et me mutuo amore diligas. Ex veneciis.' Barbus rescribit, Isotam prop-

ter facundiam collaudat, pro laudibus gratias agit. Petit, ut Isota litteras mittere pergat.

74, f. 282ª—f. 283ª *Anthonii Cassarii ad Isotam epistula.*

Titulus: '*Anthonius Cassarius* Sicilien. ysote virgini doctissime et ornatissime Sal. dicit plurimam.' Incip.: 'Proximis diebus ysota doctissima/cum e grecia rediens nauigassem/et essem primo venecias aduectus/cupido mihi.. intercesserat ut non solum. eos uiserem/quos veteri beneuolentia coniunctos habueram/sed si quos eciam illic doctos audiuissem/studio ut illos omni conuenirem' etc. Fol. 282ᵇ lin. 10 sqq.: 'Sed cum tandem ex his qui aderant vnus ex epistolis tuis quasdam legendas mihi tradidisset/fuerant eciam cum illis aliorum alligate nonnulle/et vno quasi aspectu omnes peruolassem/Sic mihi et ingenii tui copia et orationis. concolor tum dignitas sese et ostendit et aperuit/ut res ipsa longe opinionem et famam anteiret' etc. Circa finem: 'Quare ysota doctissima seculi huius ornamentum/et specimen/si minus commode tecum actum existimaueris/quia hoc ad te scripserim/cum illis expostulatum (?) eas potuit [textus corruptus] qui me ad hoc reluctantem subegerunt. apud quem plus amicicie ratio valuit quam pudoris Et ne fingi hec a me fortasse crederes/virum primarium iohannem Cornarium doctissimum/tuique eciam admiratorem/vadem ego tibi pro me sistam/cui si litterarias expostulaciones detuleris/nescio quid facere possis iocundius' etc. Desin.: 'Quid enim potest esse maius quam factum hoc meum uel a te que probissima sis probari et que doctissima eciam laudari/Vale et tunc a te probari intellexero/cum illis item ut ego qui litteras tuas expectant non defueris Ex domo Cornaria kal. Marcias. V.' Epistula laudibus Isotae plena est. De auctore nullibi mentionem repperi; de nobilissima Veneta familia Cornaria (Cornaro) cfr. Zedleri Lex. VI, col. 1296 sq.

75, f. 283ª—f. 284ª *Isotae Nogarolae ad equitem Feltrinum Boyardum epistula.*

Titulus: '*Ysota Nogarola* splendidissimo equiti. d. Feltrino Boyardo. S. plur. dicit.' Incip.: 'Cum a lauagnolo meo nuper ex Mutina redeunti multa super vrbem rogitarem ad te tamquam ad singulare illius decus et ornamentum deuenit/Et si tua in dies ad nos clarissima fama vna omnium voce uolitabat/tamen quanta tua fuerit uirtus/humanitas. eloquencia. ex eo coram facillime cognoui' etc. Fol. 283ᵇ lin. 11 sqq.: 'Natus es quoque ex ea venustissima progenie per tot ducta viros antiqua ab origine gentis/que tum (leg. 'tam') multis equestri ordine/tam domi quam milicie summe auctoritatis clarissimis viris floruerit/eos omnes cum clarissimis virtutibus. opibus et magnificencia tum plurimum humanitate exuperas/officiosus in

amicos/comes familiaribus/humanus erga omnes/Adde magni tudinem ingenii/summam litterarum cognicionem/elegantem dicendi copiam/diuinum multarum rerum usum/summam constanciam modestiam integritatem/quibus sane virtutibus factum est ut illustrissimis principibus carus et admirandus existas Et in primis Illustrissimo Marchioni Estensi' etc. Desin.: 'Hoc enim coacta egi tum tuis clarissimis virtutibus meo in te amore et reuerentia/tum quia non parum me felicitatis et ornamentorum comparasse iudicauero/si in tuam amiciciam venerim/Quoniam ut non ignoras Maxima laus viris est placere principibus/Vale et si tuas ad me dabis ut te facturum existimo/eas semper mutue nostre beniuolencie testes habebo. Iterum vale.' Boyardum praecipue propter eloquentiae et historiae studium summis laudibus extollit. Ille eques Feltrinus Boyardus haud dubie ortus est ex familia Bojarda, quae Regii (Reggio) in territorio Mutinensi (Modena) comitatum Scandianum tenebat; fortasse idem est ac Matthaeus Maria Bojardus, poeta clarus, qui variis in aula Estensi muneribus perfunctus obiit a. 1494. (cfr. Ersch u. Gruber, I. Sect. XI, p. 344 sqq.). — Nr. 59—75 nullibi repperi; num editi sint, ignoro.

76, f. 284[a]—f. 285[a] *Eiusdem epistula gratulatoria ad Franciscum, Card. et Episcopum Veronensem, urbem Veronam intrantem.*

Titulus: '*Ysota Nogarola.* Reverendissime (sic) in christo patri et d. Franc. Card. et Episcopo veron. Sal. dicit plur.' Incip.: 'Memini me legisse pater re[me] Ciceronis esse sententiam. malle se in disertam prudenciam quam stultam loquacitatem/Cui cum assentirem/multis ut ad te scriberem hortantibus/decreueram omnino tacere' etc. Fol. 284[b] lin. 13 sqq.: 'Que cum a tenera usque etate exercere solitus sis/non mirum est si Romanus pontifex/si cardinalium cetus/si romana ecclesia te Cardinalem/et episcopum nostrum/te camerarium/te vicecancellarium uoluerit/ac postremo legatum contra Turchos pro christiana fide..dignissimum iudicauerit..quod sane munus/obeundum/leto uultu/letiori animo. summo ardore et studio..suscepisti. Non te itinerum labores/non regionis calores et frigora. non maris ipsius ac bellorum pericula deterrere potuerunt/quin imo vitam exponere et mortem subire non recusasti/dummodo christiane fidei et militantis ecclesie vsui ac adiumento esse possis' etc. Desin.: 'Finem igitur mihi faciam pater Re[me]/si excellencie..tue pro tuis in omnes nos in familiam nostram (f. 285[a]) amore et caritate ac meritis gratias egero/et me et fratres meos tibi commendauero/Et leonardum in primis qui tuo auxilio. tuo ductu. et auspiciis deo se omnino dedicauit Nunc igitur in quem caritatis tue iam signa relucent/in tutelam in patrocinium suscipe/Quod si feceris/facies autem tua

humanitate non dubito aliquando et illum dei matri ecclesie ornamento et usui futuro.' Haec epistula, quae laudibus Cardinalis scatet, scripta est ad Franciscum Condolmerium (Condolmieri), Nobilem Venetum, nepotem Papae Eugenii IV. Ciaconius, col. 1131 quidem refert, fuisse Protonotarium Apost. et Vicecamerarium, Presb. Cardinalem, S. R. E. Camerarium et Vicecancellarium, Episc. Card., Patriarcham Constantinopolitanum et multis legationibus perfunctum Romae obiisse, sed nihil habet de eius episcopatu Veronensi; legitur vero inter episcopos Veronenses in Zedleri Lex. XLVII, col. 1520. Ex eod. Lex. VI, col. 932 sq. didici, a. 1438. episcopum Veronensem factum et 1453. mortuum esse. Ead. epistula extat in cod. Vind. 3481 nr. 4 (Tabb. codd. II, p. 306); ad eundem Franc. Condolmerium procul dubio pertinet Isotae Nog. oratio in adventu episcopi Veronensis, quam affert Bandini, III, col. 387 sq. §. XIII.

77, f. 285$^{a b}$ *L. de M. ad Sebastianum Baduarium epistula.*

Titulus: *'L. de M.* Suo Sebastiano S. p. dicit.' Incipit: 'Taceat iam antiquitas Cesaris laudes crebris usurpare sermonibus Desinant iam prisci/magni Alexandri mihi gesta dinumerare/presertim cum deus omnipotens nobis Sebastianum Baduarium tempestate hac .. obtulerit' etc. Fol. 285^{a} med.: 'Acerbissimum sane fratris mei casum non ignorans (leg. 'ignoras')/ hunc enim nonnulli reum esse accusant/et iniuste quidem .. Quid enim ipse admiserit nulli compertum est/Sed sepe accidit ut fortunarum tenues/ob potencium inuidiam culpentur' etc. Paullo post: 'Igitur pro nostra intemerata iusticia. te exhortatum esse velim/vt magnificum vrbis nostre pretorem auum tuum conuenire uelis et innoxium fratrem meum a vinculis liberare' etc. Desin.: 'Et ita tibi mi Sebastiane persuadere uelim rem hanc et tibi et magnifico pretori auo tuo magno fore honori vale.' L. de M. [Malatesta?] Sebastianum implorat, ut apud praetorem pro liberatione sui fratris intercedat. Ille Sebast. Baduarius ortus esse videtur ex nobilissima Veneta familia 'Baduero' (cfr. Zedleri Lex. III, col. 100 sq.). Huius epistulae nullibi mentionem inveni. — Nr. 45, 46, 49, 50, 53, 55, 57, 58, 61, 66, 69—77 marginibus passim argumenta brevissima ascripta sunt.

78, f. 285^{b}—f. 287^{a} *Orationes 6: 'Sermo doctoris kathedrantis in principio disputacionis', 'Commendaciones proponentis', 'Commendat responsalem antequam perueniat ad decisionem', 'Oratio doctoris in Cathedracione in principio disputacionis', 'Commendatio proponentis', 'Antequam deueniatur ad decisionem.'*

Orationes tres priores de promotione cuiusdam Leoneti de Neapoli, qui iuri Caesareo operam dedit, tres posteriores (rectius formulae) in universitate Patavina habitae sunt. Prima in-

cip.: 'Multis efficacissimis rationibus et probari facile atque fundari posset Religiosissime presul/magnifici pretores..quod proprium hominis est alcius continuo speculari' etc. Ultima incip. (f. 286b): 'Optarem hodierna die preclarissimi patres/ut cum tempus et dicendi copia prestaretur/laudes profecto huius plurimum honorandi responsalis nullo modo silencio preterirem' etc. Desin.: 'vnde ad id venio quod mihi principaliter incumbit videlicet ut inter dubia sententiam eligam que veritati saltem proximior sit.'

79, f. 287ab *Regis Hungariae ad Papam epistula, qua petit, ut praelatis Ducatus Austriae Turcica et imperialis decima remittatur, sine titulo.* (Copia.)

En tota epistula: 'Beatissime pater etc Percrebe ille. et frequentes nephandissimorum Thurcorum irrupciones. quibus regnum meum vngarie in dies magis populabatur et vastabatur. impulit me ut vndecunque possem rem pecuniariam conflarem. ut ualidius eorum funestissimum impetum reprimere et profligare valerem/et tam equitatu quam peditatu eos oppugnarem/ Ex qua re factum fuit ut eciam singulis prelatis ducatus mei Austrie pecuniariam solucionem imponerem. Quamquam autem meminissem ex edicto Sanctitatis vestre vniuersum clericalem ordinem omnium reddituum decimam persoluere debere/que in expedicione contra Thurcos erogari deberet/Tamen existimaui prefatos prelatos non indigne aut absurde facere/si mihi hoc necessitatis articulo/eciam in negotio fidei subuenirent. vtpote qui eciam pene inuitus (ut maiorem calamitatem defleam.) contra prefatos nefarios Thurcos cogar decertare/Tametsi autem memorati prelati indignum putauerint me in tanta necessitate deserere/tamen pergraue et pene exiciosum eis esse affirmabant/tam multiplici eos exactione exhauriri et eneruari/Quippe quibus eciam imperialis decima adhuc soluenda restaret/Tamen ne mee necessitati deesse uiderentur/tandem se spontaneos ad eam solucionem obtulerunt/que plane maior et uberior est. quam thurcica aut imperialis decima esse videatur/Regio tamen verbo fretus et confisus vestra clementia ipsis asseueraui me apud S. v. facile precibus obtinere posse/ut ipsis tam Thurcica quam imperialis decima remitteretur. Tum etiam ut ipsi cum suis Conuentibus et Capitulis/subditis et tributariis omnium indulgenciarum participes fierent/quas. S. v. eos assequi indulsit/qui in hoc Sacrosancto negocio manus adiutrices porrigendas adduxerint/Cuius rei obtinende Remus pater dominus papien. e. s. v. legatus mihi plane solidam (f. 287b) spem prebuit/Omni igitur studio et plurima diligentia flagito et supplico. vt S. v. generose efficere dignetur/ne memoratis prelatis utriusque sexus ducatus mei Austrie inane quippiam asseruisse

videar. sed clementer declarare ut tam thurcica quam imperialis decima ipsis remittatur/Preterea ut tam ipsi quam eorum supposita et tributarii atque coloni qui pro magna parte illam pecuniam erogarunt/predictarum indulgentiarum non immunes aut expertes fiant/Tam crebram autem et frequentem exactionem ab ipsis extorquere nichil aliud foret quam eos ad desolacionem pene redigere conari Et ut voti mei apud S. v. compos fiam id deuotis obsequiis sedulo recognoscam. quam altissimus etc Datum Bude.' Haec epistula procul dubio missa est a *Ladislao Posthumo,* rege Hungariae et Bohemiae, Duce Austriae (mort. 23. Nov. a. 1457.). Palacky, Gesch. v. Böhm. IV, 1, p. 373 quidem affert Bullam Papae Nicolai V. die 30. Sept. 1453. datam, qua expeditio contra Turcos promulgatur et impeditis decima imponitur, et ibid. not. narrat, legatum Johannem Castillioneum, episcopum Papiensem, mense Januario 1454. regem Ladislaum ad bellum Turcicum incitasse, sed nihil habet de hac epistula; neque Pray (Annales reg. Hung.) neque alii eius mentionem faciunt. Ille Joh. Castillioneus (Castiglione), qui in hac epistula 'Re^{mus} pater dominus papien. e. s. v. legatus' nominatur, fuit ab a. 1454. episc. Papiensis (Pavia), Apostol. Sedis legatus ad Imperat. Fridericum III. missus, postremo Presb. Cardinalis, obiit 1460. (cfr. Ciaconium, col. 1197 et Zedleri Lex. XXVI, col. 1421). Itaque epistula scripta est aut ad Papam Nicolaum V. (mort. 24. Mart. 1455.) aut ad Calixtum III., fortasse a. 1456, quo anno imminente Turcorum periculo Ladislaus ab 6. Febr. usque ad finem mensis Maii Budae commoratus est (cfr. Palacky, l. l. p. 389, 394 sqq.). Alia Ladislai ad Calixtum III. epistula Budae 7. April. 1456. data, in qua de bello Turcico agitur, edita est apud d'Achery, Spicileg. III. (Par., 1723.) p. 799 sq. — Fol. 287^{b} lin. 11 exceptis vacat scriptura.

80, f. 288^{a}—f. 289^{b} *'Oratio funebris Johannis Rôt. de casu. Illustris Comitis Vlrici de Cilia.'*

Incip.: 'Optarem. p. R. et nobiles lacrimosi/ac singultibus habundantes vestris posse prestare animis/quod ipsi ore intento a me fieri exposcitis/Nam video quod prestolamini ut hoc narracionis officio. imbribus lacrimarum caligan(tibus) oculos parcere fletibus compellitis' (sic) etc. Fol. 288^{a} versus finem: 'Pretream ne thori eius consortem mulierem castissimam que tanto sibi erat iuncta caritatis vinculo. ut cum pridie lamentabilis nouitatis rumor ad eam pertingeret/omnibus eius viribus pre nimio doloris aculeo medullitus resolutis crebris vicibus visa est in extasim corruisse. Contestantur eius uberrime lacrime. creberrimi ululatus. sparsi crines/lacere gene. totum eius corpus macie confectum/in sui dilectissimi coniugis ex-

tremo die suique refugii diruto asilo/Et quamquam nos omnes morte eius seu tanti principis maxime desolatos conspicimus. ad nullum tamen maior de illo calamitas peruentura quam ad sacrosanctam vniversalem ecclesiam/et illam benedictam cruce signatorum multitudinem/quos his turbatis temporibus per Allemanicas Germanicas et illiricas naciones optimo bellorum duce et primipilario orbatos consternatis animis vndique dispersos errare conspicio' etc. Fol. 288^{b} lin. 11 sqq.: 'Deplange o tenerrime Ladislae. Regum innocentissime mortem tui fidelissimi cognati. quoniam tante spei thesaurum inestimabilem perdidisti... O miles perfide/perfidie miles. milies mille mortibus digne cur in adopcionis patrem. cui pridie indissolubili vinculo te filium deuouisti/tantis accensus furiis crudelissime tam ilico degenerasti?' etc. Desin.: 'Clamemus ad eum cuius nos figmentum esse cognouimus/ut nobis quod utile nouit tribuat/a nobis has compedes auferat soluat hec vincula. Conferat frui perpetua ac inaccessibili luce quam omni in tempore eum diligentibus possidendam traditurus est. hic cum gratia et in futuro cum gloria Amen.' (Textus passim corruptus esse videtur; variae lectiones compluribus locis in ipso textu collocatae sunt.) Haec oratio, quae laudibus Ulrici et querelis de eius morte plena est, die post mortem habita est; nullibi eius repperi notitiam. De caede comitis Ulrici de Cilia, Regis Ladislai Posthumi avunculi, quae per Ladislaum Corvinum (Hunyadi) 9. Nov. 1456. Bellogradi perpetrata est, cfr. Kaprinai, Hungar. diplomat. I, p. 94 sqq. et Palacky, op. laud. IV, 1, p. 399 sqq. Johannes Roth (Rothus), Suevus, Regis Ladislai Posth. Secretarius, Imperat. Friederici III. Protonotarius, postremo a. 1490. episcopus Vratislaviensis (Bresslau), obiit 1506. De eo eiusque operibus cfr. Zedleri Lex. XXXII, col. 1126, IV, col. 1308 et Joecher, III, col. 2249, ubi nostra oratio non allegatur. Nomen Johannis Rot legitur in Johannis Troester dialogo de remedio amoris, prologo (apud Duellium, I, p. 228), quo loco in nostro codice habetur nomen Baptistae Veronensis (cfr. supra nr. 43).

81, f. 289^{b} *'Franc. de zabarellis super obitu germani sui etc pulcra'* (i. e. epistula).

Fragmentum brevissimum est, quod incip.: 'Doctissimo et optimo viro/domino petro de Abiarottis patauino Jurisconsulto. Suorum obitum flere' etc. et lin. 5 med. abrumpitur his verbis: 'Vulgus autem mortem suorum tanto studio lamentatur.' Reliqua desunt. De hac epistula eiusque auctore dixi cod. 4 nr. 49, ubi integra extat. Fol. 289^{b} pars inferior vacat.

82, f. 290^{a}—f. 294^{b} *'Ladislai vetesii pannonii Cubicularii Apostolici oracio ad. Summum Sanctissimumque pontificem Sixtum*

LENTII. TYPIS HERED. JOS. FEICHTINGER.



